224

C

53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
224
KW C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53



Caſparis Contareni
Patricii Veneti
# DE REPVBLICA VENETORVM
Libri quinque.

*Item ſynopsis reip: Venetæ, et alii de eadem diſcurſus politici.*

*Editio ſecunda auctior.*

LVGD: BATAVORVM,
Ex officina Elzeviriana.
cIↃ IↃC XXVIII.

*Cum Privilegio*



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

# Contenta hoc libello
DE
# REPVBLICA
VENETORVM.

I.

VEneti Dominii Chorographica deſcriptio è variis authoribus collecta.

II. *Caſparis Contareni Patricii Veneti de Republica Venetorum, libri v.*

III. *Synopſis Reipublicæ Venetæ, auctore Ioanne Cotovico.*

IV. *De Sereniſſima Republ. Venetorum, deque illius Imperio & populorum moribus Relatio; quæ à Philippo Honorio fuit edita.*

V. *De Potentia & Ærarii Venetorum copia aut inopia ex Gallic. S*r*. D. T. V. Y. & aliis.*

VI. *F. Leander Albertus de incrementis Dominii Veneti & Ducibus ejuſdem.*

VII. *Series Ducum Venetorum & brevis annotatio eorum quæ ſub ipſis memorabilia contigerunt; ex Iuſtiniano & aliis collecta.*

VIII. *Variorum Iudicia de Republica Venetorum.*

IX. *Regimen Civile magnificæ Civitatis Veronæ.*

X. *De Claris Viris Reipubl. Venetæ ex F. Leandro Alberto.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

I.

# VENETI DOMINII CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO.

DOMINIVM Venetum in Italia, tres integras provincias cõplectitur, Marchiam Tarviſinam, Forum Iulium & Iſtriam. Lombardiæ itẽ Transpadanæ partem, Territorium nimirum Brixienſe, Bergomenſe & Veronenſe; deniq; Cremam in regione Cenomanorũ. Finitimos habet ab Oriente partim Archiduces Auſtriæ, partim Adriaticum mare; à Septentrione eoſdem Auſtrios & Tridentinos; nec non Rhætos: ab Occidente Mediolanenſem Ducatum; eundemq; etiam à Meridie, cũ Mãtuano & Eccleſiaſtico Dominio.

Marchia Tarviſina quæ à Tarviſio nomen accepit, olim Marchionum domicilio, ab Occidẽte clauditur Mintio, Benaco & Sarca fluv. à Septentrione Montibus Tauriſanis; ab Oriente Timavi oſtio & Hadriatico mari; à Meridie Atheſi & Paludibus Melarianis & Brigantinis. Regio eſt (ut inquit Leander) pernobilis & lauta, ditiſſimis oppidis, urbibuſq; ſplendidiſſimis nitens,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

indigenis ingenio tum ad litteras omneſque diſciplinas, tum ad rerumpublicarum adminiſtrationem aptiſſimo; manu, cum res exigit promtis, nec minus in re facienda ſolertibus. Campos habet amœnos, ac frumenti, vini, cæterarumq; frugum & omnimodorum fructuum perſœcundos. Nec deſunt calidi & ſalubres fontes; varia metalla; multi nobiles amnes & lacus. Cœlum ſalubre, jucundũ & temperatum; deniq; tot dotibus ornata eſt regio, ut inter præſtãtiſſimas Italię merito recẽſeatur.

Foro Iulii, Italis Friuli, (Veneti vulgo Patriam nuncupant) Orientem verſus terminus eſt Formio amnis, ad Septentrionem Alpes Iuliæ, ab occaſu Alpes Vindelicæ & Noricæ, qua parte etiam Liquentia amnis Forum Iulii ſeparat à Marchia Tarviſina : ad Auſtrum mare Adriaticum. Regio campis læta, fontibus ac fluminibus rigua; ſolum vitium ferax, ſylvis opacum, metallis, & lapidicinis nobile. Nobiliſſimus fluvius Hydra, ad quem argentum vivum effoditur. Indigenæ ad humanitatis artes, mercaturam aliaque honeſta ſtudia aptiſſimi.

Iſtriæ termini ſunt ad Occidentem Timavus, ſive ut Plinius vult, Formio amnis, qui nunc Riſanus dicitur : ad



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Septentrionem Alpes, quæ Carniolam & Pannoniam ſeparant ab Italia; ad Orientem Arſias fluvius: cætera mari Adriatico cinguntur. Regio omnis aſpera eſt, non tam montibus, quam fœcundiſſimis colliculis aſſurgens. Montem habet unum excelſum, quem vocant Monte major. Silvas etiam, materiem tum ad alios uſus, tum ad naves fabricandas affatim ſubminiſtrantes. Sunt & Saxifodinæ in agro Rovinenſi & Breonio, è quibus marmora Venetias deferuntur & ad alia Italiæ loca, Incolæ plerique inopes & vicinia ampliſſimarum Italiæ urbium extenuati. Vrbes colunt, oppida & pagos cum quibuſdam inſulis.

Brixianus ager latiſſimè patet; Capreolus in latitudine ſtadia fere octingenta ſeu C. M. paſſ. continere ſcribit, nimirum à Moſo quod Mantua abeſt millib. XV. uſque ad Dialengum in extremo Vallis Camuniæ capite ſitum, in longitudine ſtadia CCCC. vel L. M. paſſ. inter Limonem Benaci vicum & Orcios novos. Sunt hoc tractu lacus aliquot, nominatim Iſæus & Idrinus item colles, monteſque & convalles, omnia pulchris vicis, pagis, oppidis, coloniſque frequentibus & induſtriis nitentia. Tantus autem in hoc agro caſtel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

caſtellorum, pagorumq; numerus reperitur, ut paucos omnino aliarum civitatum æq; frequentes eſſe haud ambigatur. Ager uberrimus, tritici, milii, aliorumq; frumentorum fertilis, vini, olei, aliorumque fructuum ferax; nec metallorum, ferri & æris, expers, unde incolis quæſtus eſt uberrimus.

Bergomenſis ager fertilis, præterquam ad Septentrionem, qua parte aſper, montoſus rigidus & in totum ſterilis eſt. Valles ſunt paſſim multæ, quarum aliquæ vinum oleumque ſuaviſſimum ferunt, nonnullæ propemodum inanes, ferro tamen abundant, cæteræ quod ſolo vitibus & arationibus inidoneæ ſint, vellera ſuppeditant, ex quibus confecta textilia per totam fere Italiam exportantur.

Veronenſis territorii longitudo, quæ à Bruchelio oppido ſumitur Rivam uſque, in ultimo Benaci receſſu poſitam, LXV. eſt milliar. latitudo ab turre Confinium Rivotellam uſq; XL. Ager urbi circumjectus optimus; tritico, vino, oleo, pecoribus, vellerum item pretioſorum, cæterarumque frugum copia abundans: nobiliſſimas habet Lapidicinas; item flumina, ſtagna, lacus, in queis Benacus omnium amœniſſimus: præterea inſignes ſalu-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

brium aquarum ſcaturigines, lectiſſimoſque medicinalium herbarum theſauros, præcipue in monte Baldo.

Cremenſis ager optimus, fertilis, excultus & ordinibus arborum vitibus maritarum, ex quibus nobilia vina, optimiq; fructus percipiuntur, nitens; aquarum rivi clariſſimi multi, piſcium optimorum fœcundi, præcipue muſtelarum & capitati cujuſdam generis, accolæ Marſonos vocant, capite reliquam partem duplo fere ſuperante, gratiſſimi plane ſaporis.

*De Venetiarum civitate.*

NVnc civitatum & oppidorum deſcriptionem perſequemur, initio facto ab ipſis Venetiis, quas Leander ita deſcribit. Sitæ ſunt in intimo ſinus Adriatici receſſu Venetiæ, mediis in ſtagnis quæ æſtibus irrigua marinis, affuſo ab oriente mari, quod recta in exortũ M. P. DL. hinc patet, at ſecundũ oram uſque ad promontorium Leucæ mill. D CC. enavigatur. Summovet id à ſtagnis terrenus agger tenuis (litus vocant) artificio providæ naturæ prætentus ad tutelam exilium inſularum in his ſtagnis, contra fluctus & irati maris violentiam. Excurrit in longum millia fere XXXV. curvus inſtar arcus, & oſtiis

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quinis interruptus quę ſingula portum modicum efficiunt, & cum mediocribus navigiis, tum ipſis aquis marinis aditum ac viam in æſtuaria præbent. Habet itaq; ab Auſtro urbs partem ejus aggeris cum continente, pariterque à Septentrione & occaſu. Stagna his finibus incluſa propemodum millia LXXX. longitudine patent, nimirum ab inſula Gradu uſque ad Lauretum olim non inhoneſtum oppidum juxta Padum, latitudo admodum eſt varia, quippe quia vix certi termini æſtuariorum qua è mari diffunduntur, ſtatui poſſunt, aquis paſſim diverſis euripis hæc ſtagna complentibus uſque ad continentem, adeo ut perdifficile omnino foret latitudiné tam diverſam inveſtigare. Condita igitur mediis in his paludibus, quas tum aquæ marinæ per oſtia litoris quina de quibus ſupra commemoravimus effuſæ, tum multi continentis amnes huc ſe exonerantes creant, urbs nobiliſſima Venetiæ eſt, modicis primum in inſulis fere ſexaginta, parvo inter ſe ſpatio diſiunctis intercurrentibus euripis, ut herculè non minus per ſe tuto loco, quam ad imperia multarum gentium & nationum moderanda idoneo ac opportuno ſita ſit. Primordium ejus in diverſum trahunt auctores. Sabel-

licus relatis diverſorum ſententiis memorat, hoc modo. Cum jam Hunnici belli terror Italiæ populos invaſiſſet, eſſetq; omne Venetum nomen ut periculo propius, ita ob id vehementer ſollicitum (vulgo enim ferebatur Hunnos in Italiam moturos) eorum feritas quæ pluſquã barbara in Chriſtiani nominis viros eſſe tradebatur, effecit, ut ex priſcis Venetis qui circa Adriaticũ ſinum amœniſſima loca incolebant, alii alias propinquas maris inſulas fuga occuparint: fueruntque viri illuſtres ac magna pręditi religione à quibus fuga orta dicitur. De reliquis locis omnino non habeo quod affirmem. ex duabus clariſſimis Venetiæ urbibus Aquileia Pavioq; tum primum migratum manifeſto conſtat, ut Aquileienſium quidam Gradum cum liberis & pretioſa ſupellectile confugerint, ex Patavio quoque non pauci atque iidem clari ſeſe in Rivum altum receperint. Fuerunt olim ea loca ubi nunc urbs ipſa reſidet, inſulæ quædam anguſtiores parum inter ſe diſtantes, quas placidiſſimi amnium meatus ſinuoſo ambitu in mare decurrentium pelagi æſtu alternante diſcriminabant. Incolebant repoſtas ſedes marinæ tantũ volucres, quæ illuc apricatũ ex alto ſe recipiebant. ac fortaſſis

piſca-

piſcator aliquis ſed omnino rarius in his locis agebat. Patavini igitur qui Rivum altum tenuere (eſt locus ipſe nunc in media ferme urbe) primi omnium ædificare cœpiſſe dicuntur. Sic prima volunt eſſe jacta urbis novæ fundamenta. quod ipſumque piè riteque ſit factũ ex eo poteſt intelligi, quod quanto quis ea tempeſtate veræ pietatis ſtudioſior fuerit, eo magis Hunnum reformidans, quem utique Chriſtianum nomẽ & odio & crudelitate pluſquam Hunnica perſequi non ignorabat, quærendæ ſalutis effugio & quæſitæ munitiore loco tuendæ ſeſe aliis & ducem & auctorem præbuit. Piis itaque votis nuncupatis qualia ſanè à viris optimis in re tanta nuncupari oportuit, fortunata mœnia fortunato ſolo ſtatui cœperunt. Non deſunt qui eo loco ubi nunc auream D. Marci ædem conſpicimus, primo ædificari cœptum non dubitent affirmare: in eo fere omnibus convenire video VII. Calend. April. primordia urbis cœpiſſe. Neque vero primus ille hominum cœtus ex piſcatoribus, aut paſtoribus, aut omnino flagitioſis ac infamibus viris, ſed ex nobilibus optimique generis civibus conſtitit. quales nimirũ auctores eſſe oportebat civitatis, quæ poſtea tam auguſtũ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

& amplum mari terraque imperium
conſequeretur, quale & ſuperioribus
ſeculis habuit, & in hunc uſque diem
habet. Prorſus itaque & nobis uti do-
ctiſſimi homines quamplurimi faciunt
de primordio Venetiarum una cum
Sabellico libet ſentire, nimirum anno
poſt C. N. uno ſupra cccc xx. initia
earum prima poſita: Sub Clefi Longo-
bardico rege tanta urbs incrementa ac-
cepit, quum ob illius ſævam tyrannidem
crudelitatemq; multarum Gallię tranſ-
padanæ urbium cives, veluti è Medio-
lano, Ticino, Verona, Vicentia, & op-
pidis aliis huc deſerta patria confluxiſ-
ſent, ut tam multitudine populi, quam
ædificiorum auctu condita tum recen-
ter ex parte videretur. Id porro ſævitia
barbarorum quibus Italia prædæ tum
erat, evenit: direpti enim ubique ab iis
& vexati indigenæ tanquam in tutum
huc ſe recipiebant: unde dictum illo
ſeculo natum legimus, aliis in locis u-
beribus matrum nutriri pueros, quo-
rum juventute poſtea Venetię frueren-
tur. Exin autem perpetuis incrementis,
urbs adeo crevit, ut nunc in admira-
bilem fabricam unumque corpus illæ
circa Rivum altum inſulæ LX. ponti-
bus connexæ cernantur: quas nimirum
inſequentium temporum induſtria
cre-

creſcenſque paulatim res in hanc formam evexit. adjectis tandem etiam populi commodo aliis duodenis. Suſpicari libet inſularum fana ejus Divi nomen ſervaviſſe; quod locus habebat prius, eaſdemque jam vicorum appellationes manere. Creverunt igitur in tantum Venetiæ: nunc ut circuitu paſſ. millia VIII. colligant. Ædificiis nitent ſplendidiſſimis, populo pernobili, opulento ac potente: rebus omnibus cum ad hominum uſum neceſſitatemque, tum ad delicias & voluptates utilibus affluunt: quanquam enim nihil penè quicquam apud ſe, quoniam mediis in ſtagnis ſitæ ſunt, ut diximus, habeant, ex omnibus tamen orbis partibus annona importatur. Primũ hic pro anni tempore fructus omnigeni habentur, optimi pepones, uvæ varietas omnis, poma, pyra, ſimileſque fruges, & olerum mirabilis abundantia. dein phaſiani, pavones, coturnices, turdi, pipiones, & avium alia genera, cum multitudine pullorum & quarumcumque ſylveſtrium volucrum infinita. butyrum, caſeus dulcis, ſalſus, cæteraque ſimilis annona. frumenti ſæpe tanta copia ut exportetur. vini adſunt omnia genera, malvaticum, apianum, ſiriolum aliaque nobilia: rei piſcariæ frequentia

multis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

multis cõmemorari poſſet, toto enim anno tum marini, tum fluviatiles piſces adeo fora complent, ut obſtupeſcere cogant ſi primum videas: ſalſamentorum vero quæ variis ex partibus adferuntur, copia mirabilis eſt. Abundantiam equidem annonæ, rerumque ad hominum neceſſitatẽ ac etiam delitias utilium, quæ diverſis ex oris & regionibus non ſolum Italię, ſed Illyrici Græciæque inſuper & Aſiæ huc deportantur, niſi longiſſima narratione cõſequi haud poſſemus. Innumera hic mortalium variis ex orbis partibus, corporum vario cultu multitudo negotiatur. quæ res profectò ſummam & incredibilem admirationem habet. Vrbs in regiones eſt diviſa ſenas, proinde Sexteria vocant: in univerſum vicos ſeu plebanicas congregationes habent LXXII. cœnobia XLI. quorum decemſeptem conventus monachorum ſunt, IV & XX. virginum. Pro templis areæ ſingulæ ſternuntur ad civitatis decorem, una D. Pauli æde excepta. Frequentantur omnes areæ nundinis die qui Mercurii dicitur. at ſabbato D. Marci forum maximo frequentiſſimoque conventu, qui vel mercatui urbis cujuſvis totius Italiæ comparari queat. Forum hoc non unum eſt, ſed conjuncta

tria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tria. In capite quod litus ſpectat, areæque cæterarum poſtremæ, columnæ peringentes binæ cernuntur, quarum una D. Marci leoninum alatũ ſignum, altera D. Theodori ſtatuam ſuſtinet. In ipſo intercolumnio ſupplicia de condemnatis ſumuntur. Forum hoc in longum ped. cccc. in latum cxxx. patet, undique nobilibus ædificiis clauſum. Præoccupatur ſumptuoſiſſimo ac mirabili templo D. Marci, quod alterius fori medii longitudinis ped. D. latitudinis cxxx frontem exornat: alterumque caput ejus exadverſum ædes nobili lapide perfecta D. Geminiani tenet. Latera claudunt ſplendida è marmore ædificia cum eximiis porticibus & variorum artificum tabernis. Ædes Marciana tota è nobiliſſimo pretioſiſſimoque marmore, nec minori artificio quã ſumptu conſtructa eſt. Pavimentum inprimis nobile habet porphyreticis, opheticis, aliiſque pretioſiſſimis lapillis teſſellatum cum variis emblematis, inter quæ nonnulla Ioachimi Abbatis Sanflorii juſſu ferunt efficta, quibus ingentes Italiæ clades & graviſſimi caſus olim prænuntiabantur. veluti duo ſunt galli criſtis inſignes vulpẽ inter ſe ferentes: quo ſigno nonnullis placet binos Galliæ reges Çarol. VIII. & Ludov. XII

deno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

denotatos, qui Ludovicum Sfortiam è principatu Mediolani forent elaturi: ſic enim hoc ſymbolum aliqui ut diximus interpretati ſunt: prçterea leonum pinguium & eximio corporum habitu in aquis, juxtaque macilentorum aliquot in terra procumbentium effigies cernuntur, quibus imperii Venetorum cui inſigne leo, conditionẽ & fatum ſignificari autumant, eos nimirum opimos, divites, potenteſque fore quamdiu maritimis cõmerciis ſtudebunt: at quum illa deſerent, ſeque ad continentis dominatũ ac terrena ſolum negotia convertent, tum opibus & re lapſuros. Ita hæc emblemata exponunt multi: plurimi etiam aliter. Variæ porro cernuntur & aliæ pavimenti hujus picturæ, quæ curioſa ingenia diverſis cõjecturis exercent. In parietibus quoque nobili marmore cruſtatis ad lævam binæ tabulæ ſunt varii lapidis; candorem nigrç lineæ diſtinguunt, in quarum commiſſura ſignum virile tam excellenti artificio cernitur expreſſum, ut ſummam prorſus habeat admirationem: cujus memoriam uti rari operis etiam Albertus Magnus literarum monumẽtis celebravit. Inclyto in hoc fano ac inter Europæ totius magnificentiſſimo cenſendo XXXVI. columnç ſtant ex mar-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

more ſolido præſtantiſſimo, craſſæ diametro pedes duos, altæq; convenienti ſtatura. Tum ad aræ ſummæ penetralia gradibus aliquot nobiliſſimi lapidis aſcenſus eſt. Ipſam aram teſtudo tegit quaquaverſum in crucem fornicata, lapide ophetico, quaternis fulcita marmoreis columnis, quæ totæ ſignis integris palmi paulo amplius magnitudine, cælatæ perfectæque ſunt, & ſumptuoſiſſimo mirabilique prorſus opere, veteris ac novi teſtamenti hiſtoriam exprimunt. Poſt aram alabaſtriticæ columnæ paſſuum duorum perlucidæ vitri inſtar, quatuor, religioni ac decori ſacratiſſimi corporis Chriſti poſitę ſtãt. Ipſum delubrum utrimq; ante ſuggeſtum habet pulpitum, in quorum uno feſtivis diebus cũ Senatus adeſſe ſacris ſolet, muſicorum chorus ſolennia modulatur vota: in altero quotidie Diaconus Euangelium canit. Suſtinent hæc pulpita columnæ variorum lapidum nobiliſſimæ. Summam aram inſignis tabula decorat ex auro argentoq; facta, multiſq; infiniti pretii gemmis & margaritis exornata, quam non queas non vehementer admirari. Dextra mox in parte, baſilicæ medio, lata ſublimiſque porta cernitur opere teſſelato perilluſtri elaborata tota, cum imaginibus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

D. Dominici D. quæ Franciſci, quæ ſi-
gna Ioachinum prædictum effingi cu-
raviſſe ferunt multis annis ante, quam
ſancti illi viri in lucem editi fuere. Intra
portam hanc theſauros illos inclytos
D. Marci Procuratores ſervant: qui jam
olim nobis viſi, cũ in comitatu Franci-
ſci Ferrarienſis univerſi prædicatorum
ordinis magiſtri ageremus, & herculè
divitiarũ immenſus acervus ſtupendæ-
que prorſus opes ſunt. Primum ab illis
magnificis viris oſtenſæ nobis coronæ
maximi pretii duodenæ, totidemque
thoraces puro ex auro, & cum mirabili
gemmarũ variarum multitudine. Sunt
hic carbunculi quos rubinos vocant:
item ſmaragdi, topazii, chryſolithi, cæ-
teraque genera gemmarum, & marga-
ritæ magnitudinis pene incredibilis, ad
eo quidem ut obſtupeſcere nos harum
plane coronarum & thoracum nobili-
tas cogeret. Deinde bina vidimus cor-
nua monocerotis, eximia proceritate,
tertiumque brevius, item carbunculos
aurea vaſa, cochleas ex achatis & jaſpi-
dibus non modicas, carbunculum ſeu
rubinum maximum à Dominico Gri-
mano Cardinale his theſauris illatum:
item urceolũ ex pretioſiſſimis gemmis
quem olim Vſum-Caſſanes Perſarum
rex Venetæ reip. dono miſit: aliaq; tam
mult-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

multa ingentium pretiorum vaſa, cum thuribulis ex auro & argento, prorſus ut ad ſtuporem ſi primum videas adigâre. Poſtremo mitram ſeu galerũ qui novo Duci imponitur conſpeximus, undique puro auro per oras perque tranſverſum deornatum, & in zophoro nobiliſſimas gemmas, in ſummo apice carbunculum infiniti pretii tenentem. Adſunt etiam ingentia candelabra, pateræque aureæ, aliaque tam multa maximarum opum, ut niſi longiſſima narratione comprehendi omnia haud queant. Equidem non facile puto divitiarũ acervum uno aliquo in loco tam ingentem poſſe invenire. Vt ad ædem ipſam oratio reducatur; atrium habet ea duo ejus latera claudens, cujus auream teſtudinem opere teſſellato veteris teſtamenti hiſtoriæ depictæ nobilitant, nec pavimentum ipſi ędis interno cedit. Quaternæ hic valvæ aditum in templum præbent, cum XVI. columnis è nobili marmore craſſitudinis duorum pedum, aptæq; ſtaturæ. Duas portas octonæ harum faciunt marmoris atri cum niveis onychinis maculis, aſpectu jucundiſſimæ. Porticus hujus exterior frons (tria quippe templi latera cum coronis prominent) CXIV columnis porphyreticis opheticiſque

& marmoreis aliis altitudinis ped. XIV. ſuſtinetur, aliuſq; ſequitur huic impoſitus ordo columnarum, non quidem pari cum inferioribus magnitudine, ſed tamen ejuſdem nobilitatis, CXLVI. quarum coronis ambulationem apertam complectitur ſupra veſtibulum templi, quæ pariter uti ipſa porticus frontes ædis externos cingit, ſpondiſque forinſecus munitur ex marmoreis columellis. Hoc in ambulacro ſacerdotes feſto die Palmarũ Senatu ac Principe ſubter aſtante certas quaſdam ſolennes cæremonias peragunt. Supercilium frontis quod majori portæ (quinas enim hæc facies æreas habet, quarum binæ aperiuntur indies, totidem non niſi quibuſdam feſtivis diebus, una perpetuo clauſa eſt) reſpondet, equi ex ære vetuſti quatuor inaurati, forma magnitudineque Turcici vivi, mirifice ornant. A ſolo hujus ambulationis uſq; ad templi faſtigium omnia græcanico opere cum emblematis inaurata ſunt: crebræque per ordinem eminent ſtatuæ Divorum ex marmore perinſignes, cum baſibus anaglyphis opere foliaceo item ex marmore. Quædã ex his ſignis anno MDXI. poſt C. N. VII. Cal. Apr. decidêrunt. Tectum fani totius quinq; conſtat hemiſphæriis, plumbeo tegumento. Con-

tra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tra baſilicam intervallo ped. LXXX. turris eſt eminentiſſima tintinnabulorũ, lata quaquaverſum XL. ped. alta CC XXX. cum alati ſummo in apice genii ſigno, ventorũ indice, quoniam verſatile eſt, & aura quavis circumagitur. Sublime faſtigium totum aureis veſtitur tegulis, quarum fulgor ſolis repercuſſu longiſſime conſpicuus eſt. Multa præterea de hoc ſumptuoſiſſimo ditiſſimoque templo ſcribi poſſent, uti quoque de curia magnificentiſſima conjuncta, in qua Dux habitat & conſiliarii coëunt, præcipue vero de comitio illius longe ampliſſimo, nobiliſſimis ſummorum pictorum operibus exornato, cum arcano armamentario, mirabili armorũ itemque ſpoliorum quæ variis è bellis relata ſunt, & aliarum inſuper rerum ſingularium uti vidimus copia conferto: ſed hæc omnia nunc brevitatis gratia præterimus, ut urbis ipſius reliquã ſpeciem & conditionem perſequamur. Vicos habet ea quamplurimos, totidemque propemodum Euripos, ut univerſa tam pedibus quam naviculis peragrari queat. Vicos ipſos rivi dividunt: at tranſitus ubique pontibus jungitur vel ligneis, vel lapideis: quorum in univerſum tam publici, quam privati CCCC. cenſentur. publici in communi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

civitatis uſu ſunt, privati in uniuſcujuſ-
que ædes ducunt. Præcipuus vero eſt
euripus, Canalem Magnum vocant, qui
urbem totam interſecat, & circa me-
dium ligneo ponte maximo tabernis
utrinque tanquam ſpondis conſtipato
jungitur. Is propemodum pons in urbis
umbilico ſitus eſt, ponsque Rivi Alti di-
citur. Ante caput ejus alterū area mo-
dica panditur undique concluſa porti-
cibus, ubi tabernæ cum venali panno,
certiſque diurnis horis mercatores ad
negotia tractanda conveniunt. Euripus
ille magnus qua urbem permeat longi-
tudine ferme paſſ. MCCC colligit: tranſ-
miſſus habet locis ternis denis, ad quæ
navicularum certus numerus conſidet:
etiam ipſi trajectus vocant, ſuntq; com-
modis inter ſe ſpatiis diviſi, maxima
opportunitate, quoniam cū unus tan-
tum pons rivum hunc jungat, niſi na-
viculis paſſim tranſmiſſio fieret, mul-
tis magno incommodo circumeunda
pontis eſſet via. In latum patet paſſ. XI.
totuſque ſplendidiſſimis ædibus utrin-
que clauſus eſt, quæ ſummum omnino
ornatum delectationemque ac admi-
rationem habent; quanquam hujuſce-
modi magnificis ædificiis urbs confer-
ta ſit tota. Navicularū qua civitas per-
agratur numerus VIII mill. amplius eſſe
puta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

putatur ; gondolas vocant , quarum pleræque meritoriæ ſunt, cæteræ patritiorum aliorumq; civium. Eſt etiam intra urbis ambitum navale, locus paſſ. mille duorum circuitu, mœnibus undique validis munitus , & cum opportunis ad cuſtodiam turribus, quem Arſenale nominant. Intus cccc hominum operis perpetuo naves ædificãtur; quorum ſtipendia MCC in hebdomadam aureorum nummûm ſunt. Iuxta locus alius, Tana : funium & rudentum intorquendorum ad naves officina. Navali in ipſo navium longarum quæ in pontibus ad omnem occaſionem paratæ perpetuo ſtant numerus ad cc eſt, præter alia navigia minora: nec hercule majoris admirationis locus ullus , ut puto, ſpectari queat , unde vires opeſque & amplitudo rei Venetæ, quæ profecto nunc Italici nominis gloria decuſque ſola eſt , facile poſſunt intelligi. Officinarum quæ in hoc navali ſunt, item apparatus;& operum artificumq; plena narratio longiſſima mehercules foret, ac propemodum infinita. Multas quotannis naves Veneti varias in orbis partes negotiandi cauſa mittunt, unde maximum reipublicæ vectigal accedit, adeo ut ex portorio vini, ſalis, olei, cæteræque ſimilis annonæ millies



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſeſtertium fere capiat, præter urbium aliarum quę in ditione ſunt, vectigalia. De numero patritiorum qui nunc quidẽ cenſeri queant hoc habeamus, quod Donatus Ianotius Florentinus in libro de republica Veneta, vicies mille propemodum lares ſeu familias hac in urbe eſſe, quarum ſingulæ ſi binos homines præſtent, qui ferẽdis armis idonei ſint numerus efficitur XL. millium: patricios autẽ ad tria millia reperiri ſcribit.

Sunt circum Venetias inſulæ modicę permultæ cum ædificiis, templis, cœnobiis, aliiſque domibus pietati dicatis. Primum ad Auſtrum inſula mill. paſſ. longitudine ſplendidis ædificiis & cultiſſimis hortis itemque cœnobiis monachorum ac virginum plebaniciſque fanis aliquot nitens, ab urbe lato fere quingentos paſſus euripo ſubmovetur, aditurque cymbis trajectus cauſa ſemper hic conſidentibus. Iudaicam nunc vocant; alioque nomine Dorſum Durum appellavêre. Non procul inde in ſtagnis D. Angeli Concordienſis Virginium ſequitur: ultraque ad occaſum verſus D. Georgii Algani conventus: dein eadem parte verſus occidentem ſi Venetiis cõſiſtas, D. Claræ domus quæ ponte urbi Venetæ adhæret. Eodem in latere D. Secundi cœnobium eſt; nec

procul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

procul à continente D. Iuliani fanum. Deinde Septentrionali urbis latere D. Chriſtophori ædes in euripo quo Murianum ab urbe navigatur, occurrit, moxque D. Michaëlis cum cœnobio, poſtremum ipſum Murianum in Venetiarum originibus commemoratum, quod Altinates & Opiterginos Hunnicis temporibus anno CCCCL. poſt Chriſti nativitatem incolere cœpiſſe Sabellicus perhibet, Attila jam tum ad Venetiam appropinquante. Diſtat ab urbe mill. paſſ. eſtque perjucundus & amœnus locus, ſitu quidem ædificiorumque deſcriptione Venetiis par, at amœnitate longe præcellens, quippe quia ſingulæ pene domus hortos ornatiſſimos & variis arboribus fructiferis confertos habent. Templa colit haud ignobilia XIV. nominatim D. Petri Martyris cũ cœnobio ſodalium prædicatorum luculenter ædificato, ubi etiam bibliotheca præclara voluminibus optimis plena. Vitreamina tam excellenti hic arte faciunt, ut tum varietate, tũ artificio cætera totius orbis vaſa vitrea longiſſime ſuperent. Nec deſinunt artifices ad materiæ pretium indies ornamenta nova rationeſque varie figurandi præſtantiores ac elegantiores excogitare. Colores etiam quoſcunq; jam mirabili



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

induſtria reddunt, ut omnino exiſtim
Plinium ſi nunc reviviſceret, ſumm
cum admiratione vaſa hæc ſupra ficti
lia tum Aretinorum, tum aliarum gen
tium longe collocaturũ. Vidi ego præ
ter cætera hic miranda: navem roſtra
tam exacta dimenſione factam ex vi
tro, longitudine unius ulnæ, cũ inſtru
mento univerſo tam convenienter u
miraculo prorſus eſſet ea ex materi
partes omnes ejuſcemodi operis adeo
plene formari potuiſſe. Conſpeximu
etiam organa parva vitreis tubis, qua
rũ maxima longitudo ferme trium cu
bitorum tanto artificio juſtam ad pro
portioné erat ducta, ut inflato ſpiritu
ac pulſatis à muſicis perito modulis
ſuaviſſimum concentum ederent. Ma
gnitudiné vaſorum quæ hic cernuntu
non commemoro, quippe quia fidem
eorum qui nõ videre, ſuperatura resfo-
ret. Equidem mirari ego ſatis haudqua-
quam potui, tanta vitreę materię copia
quî colligi, & in tam varias infinitaſq
ſpecies ingentium vaſorum figurari
queat. Et inſignis hæc Murianorum ars
jã univerſæ nota eſt Europæ, propterea
quod eorum opera nobiliſſima cunctas
in ejus partes exportantur. Officinas
exercent XXIV in quibus operis artificũ
perpetuis vaſa fiunt. Locus populo val-
de

de frequens eſt;maximaq; pars aut artifices vitrearii vel negotiatores, aut piſcatu vivit. Scinditur in partes duas inſtar Venetiarũ amplo euripo. Circuitu mill. tria colligit. Cœlo eſt bono ac ſalubri, quod ab igne perpetuo vitrarias urente fornaces proficiſci arbitramur. Nobilitavit Murianũ Franciſcus Balarinus, qui arte ac induſtria ſuper omnes adhuc formandis vaſis artifices excelluit. Sequitur ad Septentrionem verſus ædes D. Iacobi Paluſtris ultraque D. Nicolai. Dein Majorbium XXIV. à Muriano ſtadiis, iiſdem Hunnicis temporibus habitari cœptum ab Altinatibus, & unius portæ nomine quæ Altini fuerat ut refert Sabellicus, dictum. Inſula hæc infrequenter nunc colitur: gens modica, vel piſcatu, vel hortorum cultura vivit. Torcellum inde ſuccedit civitas, item ad Septentrionem, à Majorbio mille paſſ. cujus Epiſcopus Torcellanus dicitur, cathedralis ædes D. Fuſcæ virginis & martyris, quæ hic monumento ſita cum D. Malica nutrice, Ravenna delatæ ſimul ubi martyrium ſubiêre. Torcelli quoque nomen pro Turricello nunc ab Altini quondam ſextante ſupereſt; cujus, uti prædiximus, coloni Attilæ temporibus in hæc æſtuaria commigrarunt. Vrbs hæc uti & Majorbium infre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

infrequens colonis, vel piſcatu vel hortorum cultura viventibus. Abbatia non ignobilis adjacet monachorum D. Bernardi, cœlum hic admodum grave. Nec procul Buranum haud inhoneſtus in inſula vicus, ad exortum Majorbio Torcelloque obverſus, pari intervallo mille paſſ. ab utroque; nomen etiam ab Altinatibus, uti quæ ſupra memorata ſunt, habens. Hinc tum ex plaga Septentrionis in orientalem Venetiarum tendenti, domus D. Franciſci quæ à Deſerto cognominatur, apparet, propiuſque Venetiis Lazaretum novum, item verſus orientem Carthuſianus cõventus, juxta mox D. Helenę, viciniorque dein ad urbem, D. Georgii Majoris; tum D. Servuli, D. Lazari, & infra Lazaretum vetus, quod ad meridiem ſpectat, cũ æde Virginis quæ gratiarum dicitur, ultraque D. Clementis, & porro in Auſtrum, Sancti Spiritus: tum Pupilia eſt, ſic olim, uti ſupra memoravimus, dicta, quinque millibus à Venetiis. Inſulam hanc quondam admodum frequenté populo fuiſſe Blondus & Sabellicus perhibent; maximaq; circa Ducatum Vrſi Patriciati incrementa cepit, quum Petri Tradonici Principis familiæ conceſſa eſt cum uxoribus & liberis inhabitanda, quemad-

modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

modum in catalogo Ducũ retulimus. Auctus igitur & excultus à Tradonici famulitio ejuſque prole locus eſt adeo, ut ad honeſti oppidi formam creſceret; quod poſtea Genuenſium bello cum ii Foſſam Clodiam cepiſſent, habitari deſivit. Sequitur Methamaucum vicus, olim Ducis Veneti ſedes, ubi portus Meduaci fluminis profundiſſimus de quo jam antea ſcripſimus. xxv. dein ab urbe Veneta millibus alter eſt portus Clodianus, juxtaq; oppidum Foſſa Clodia, quemadmodum à Ptolomæo nominatur, quod Clodium Albanorũ Ducem condidiſſe Volaterranus refert ex auctore Sexto, Sabellicus tamẽ prodidiſſe quoſdam ſcribit ab Ateſtinis & Silicenſibus ædificatum, qui Hunnicis temporibus in ſtagna ex continentis ora profugerant: verum hoc tamen ut conſtare ſibi queat non video, cum Plinius & Ptolomæus qui plurimis ætatibus Hunnicas in Italiam irruptiones præceſſere, Foſſæ Clodiæ memoriam uſurpent. Dici fortaſſe poſſet Attilæ temporibus ab Ateſtinis Silicenſibus domo profugis auctum, cum jam prius exiſteret: ut ita quod Sabellicus refert, non omnino veritati adverſetur. Civitas effecta eſt ſub Ordelafo Falerio Duce MCV. poſt Chriſti nativitatem anno,
tranſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tranſlato huc Methamauceno epiſco-
patu, cum eam urbẽ inundatio vaſtaſ-
ſet. Divorum etiam reliquiæ ſimul inde
tum ad Clodianos aſportatæ. Primum
locus momenti pene nullius erat, uti
in Venetis annalibus priſcis, maximeq;
Bertucii Veneti ſe legiſſe Ioannes Petrus
Ferretus Ravennas homo doctiſſimus
nobis affirmavit. Vndique ſtagnis ma-
rinis circumfunditur, in longum pro-
tenta, ſpatioſaq; & longa platea diviſa
in quam utrinq; vici plurimi inſtar ſpi-
næ piſcis exeunt. Circum urbem ſalinæ
paſſim, ubi menſibus æſtivis è marinis
aquis ſal conficitur ingenti Venetæ rei
pub. compendio. Genuenſes anno poſt
Chriſti nativitatem M CCC LXXX. cum
huc bello contra Venetos claſſe perve-
niſſent, victoriamque jam in manibus
haberent, inſolentia rem corrupiſſe, ſic
ut mutata fortuna victores ipſi vince-
rentur, plurimique capti magno cum
triumpho abducerẽtur Venetias, Blon-
dus Sabellicuſque nec uno loco memo-
rant. Clodiani nunc fere piſcatu, vel
hortorum cultura, vel ſalinis exercen-
dis vivunt. Hinc ad Venetias redeun-
litoris apparent campi amœni cũ hor-
tis nitidiſſimis, quorum fructus Vene-
tias deportantur. Proveniunt hic pri-
anni tempore varia fructuum horten-
ſium

um genera; nominatim pepones, cu-
umeres, anguriæ, braſſicæ lacutur-
s, ſabellicæ, cæteræque ſpecies & id
enus fruges aliæ, unde quæſtum Clo-
ani maximum faciunt. Vrbem hanc
rtu nobilitavit Petrus Calotius ordi-
is prædicatorum monachus, qui ad-
odum exacte ingentia duo volumina
: vitis Divorum ſcripſit, quæ in bi-
iotheca Dominicana Bononiæ ſer-
antur. Hic Venetiarum finis.

Hactenus è Leandro Alberto: accu-
atiſſimam urbis Venetæ & ſingularum
rbis regionum deſcriptionem videre
t in Sabellici libris III. quos de ſitu
rbis Venetæ ſcripſit, ad quem ſtudio-
um lectorem remittimus.

*De urbe Verona, ex Torello Sarayna, Leandro, & aliis.*

DE antiquiſſima urbis origine hic ni-
hil dicam. Situs autẽ urbis ita ſe ha-
et. Non abſimilis Helvetiorũ Baſileæ,
atura, ſitu, pulchritudine ædificiorum
obilis; æquo ſolo recumbens, ad me-
idiem, ortum occaſumque converſa
rumalem: tellure ad Septentrionem
eniter adſurgente, jugiſq; Theatralem
ene formam exprimentibus. Atheſi
mne non tam dividitur, quam muni-
ur & circumquaque cingitur. Silius
lib. VIII. Tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Tum* Verona *Atheſi circumflua* &
*undique ſolers.*

Quod flumen (inquit Torellus) priſc
tempore urbem non interſecabat, ver
prope mænia labebatur, urbem ipſam
relinquens ad ortum ſolis: hoc pate
ex fundamento latiſſimo muri per me
dium Atheſim deducto, non procul
ponte caſtri veteris, quod & hyema
tempore decreſcente aqua conſpicitu
Cujus etiam (ut fama eſt) quamplur
ma inventa fuerunt veſtigia. Vrbs via
habet amplas & rectas, coctili lapid
ſtratas: Templa circiter xxxv; quorum
præcipua pervetuſta ædes Cathedrali
& D. Anaſtaſii, monaſteria Monacho
rum & monialium x. Pontes quatuo
inſignes, fluvio impoſitos. In ſumm
clivo duæ ſunt arces nobiliſſimæ D. Pe
tri & S. Felicis, quarum illa Atheſi pen
incubat, ab Cane Scaligero excitata
hæc eminentiore loco & quaſi valli
ſupercilio ſedés, urbis mænia deſpecta
& longe lateque in Circumpadanos a
gros, totamq; fere Ciſalpinam Galliam
pandit proſpectum. Sunt item ali
Arces; Caſtellum vetus, & quæ vulg
*Cita della.* Amphitheatrum ibi viſitu
omnium maximũ & quo nullum fer
integrius; media urbe adſurgens: cuju
exterior paries quatuor zonis pulcher

rim

rimis cinctus, totidem columnarum, arcuum & feneſtrarum ordinibus, quadruplici opere, Dorico videlicet, Ionico, Corinthio & compoſito in mirandam extollitur altitudinem: quemadmodũ ex dicti parietis quatuor arcuum parte colligi poteſt, quæ ſola reliqua manet adhuc erecta: Amplitudinem illius exacte refert Torellus Sarayna in libris de origine & amplitudine urbis Veronæ: in quibus etiam aliud olim Theatrum hic extitiſſe ſcribit, plurimoſque triumphales arcus ſigillatim omnium operum commemoratione facta, quorum nunc exigua veſtigia, paucaq; integra ſuperſunt. aërem habet admodum tenuem; gens perlauta, magnifica, ſplendida, jucundo aſpectu, ingenio ſummo, maximeque ad literas idoneo. Rebus omnibus non ſolum ad vitam mortalium neceſſariis, ſed etiam ad delitias & voluptatẽ utilibus abundat. Civitas hæc in fide Romani nominis uſq; ad principium inclinationis imperii ſtetit; poſt enim eadem conditione fuit qua cæteræ Italiæ civitates, donec ab Attila diriperetur. Attilæ tempora varii exceperunt tyranni, qui rapto Imperatoris nomine diverſis temporibus Verona potiti ſunt; Theodoricus dein cum Italię imperio, etiam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Veronæ tenuit: poſt Gothorum exci-
dium Longobardi habuere; quibus ex-
actis in Caroli magni poteſtatem con-
ceſſit. Poſtea aut ſub Regibus Italię fuit
aut ſuo jure ut cæterę civitates uſa fui-
Duravit hæc Veronenſium ſub Roma-
ni Imperii nomine libertas uſque a-
Acholini Romanini tyrannidem, qu-
præfecturam in Dominatū converti-
exacto Azone Ateſtino Ferrariæ Mar-
chione, quem Senatus populuſq; Præ-
torem deſignaverat: tenuit hic tyran-
nidem ad ann. M CC LIX quo defunct-
Senatus populuſque Maſtinum Scal-
gerum Prætorem dixit. huic à nefari-
civibus occiſo, ſucceſſit Albertus filiu-
illiuſque deinceps filii, ad Alboinum &
Canem magnum quos Henric. Imp.
Veronę Principes inſtituit ann. M CCC-
Canis autem magnus Dominium Ve-
ronenſe multarum urbium acceſſion-
auxit. In Principatu ſucceſſere nepot-
ex fratre, Albertus & Maſtinus. Albe-
tus miti ingenio, pacis ſtudiis enitui-
Maſtinus contra bellicoſus, terribili-
ferox & ad labores quoſcunque feren-
dos idoneus, Brixiam inſigni frauc-
cepit: etiam Parmam Magiſtratibu-
quos Ioannes Bohemiæ R. ibi reliqu-
rat, ademit; Luca quoque potitus eſ-
Lucenſibus ultro ſe dedentibus: Op-
te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ergium etiam aliaque multa oppida litionis ſuæ effecit. Auctis in tantum Maſtini, Albertique viribus, ut jam vi- inis terrori eſſent, Veneti & Medio- ani Vice-Comites, fœdere facto maxi- nas copias in illos eduxerunt. Maſti- us fratrem miſerat Patavium, ut eam rbem cum finitimis in fide retineret. Ianc poſtquam Marſilius Carrarienſis 'enetis proditione dedidiſſet, iis dolo 1 urbem introductis ipſe mox Alber- o capto, ibi dominatum occupavit nn. 1337. Brixia quoque à Guidone 'orregio Actio Vice-Comiti tradita. 'eneti Tarviſium per pacis condicio- es expreſſère. Anno 1342. Piſani Lu- am, Parmam Rubrii & Corregii eri- uere. Obiit Maſtinus ann. 1350. tribus elictis liberis, Cane Magno II. Cane eniorio, & Paulo Alboyno. Canis Ma- nus II. inde principatum tenuit ad nn. 1355. quo à Cane Seniorio fratre ccifus eſt. Idem Seniorius & fratrem aulum diu carcere conditũ, ann. 1375. ublico judicio condemnatũ occidit. o defuncto ad Nothos illius Bartholo- næum & Antonium principatus per- enit: Antonius autẽ fratrem Bartho- omæum ann. 1381. obtruncavit: tan- emq; à Ioanne Galeatio Vice-Comite Mediolani Verona pulſus eſt, ann. 1387.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Poſt exceſſum Ioannis Galeatii qui u
bis hujus Imperium XVIII. ferme ann
habuit, arceſq; D. Petri & Fœlicis cu
caſtello hic ædificaverat, defuncto ja
Antonio, Guilielmus Canis, Magni I
cũ Brunone ac Antonio filiis ope Pa
dulphi Malateſtæ, Franciſcique Carr
rienſis Veronam reverſus eſt; & a
no 1404. S. P.Q. ſuffragiis princeps e
appellatus. Non diu tamen fortun
ſuæ ſuperfuit; etenim Franciſcus illi
cognatus hoc prætextu in urbem r
ceptus, tanquam de magnis rebus a
colloquium veniſſet, veneno eum i
teremit. Filios etiam illius Iacobin
Carrarienſis in arcem veterẽ Patav
ſanguinis propinquitate circumvent
inuitans, repente quorundã criminu
adverſus ſe inſimulatos cuſtodiæ trad
dit & in montem Silicis deductos ca
ceribus incluſit, ubi tandem perierun
Franciſcus autem Carrarienſis Veron
arripuit Dominatum quem vix XVII
menſibus tenere potuit. Veneti eni
intellecta Carrarienſium fraude, q
Scaligeros oppreſſerant, per Mantu
num Marchionem, cum ingentib
copiis miſſum, urbem ipſi ademerun
Quamvis autem poſt anno 1438. Nic
laus Picininus Philippi Mediolanen
Ducis Legatus Veronam invaſeri
tame

tamen nec arces obtinere, nec diu in urbe conſiſtere potuit. Itaque Venetorum imperium exin hic ſtetit uſque ad ann. 1509. quo cæſis illorum ad Ripaltam copiis Veronenſes in Maximiliani Imp. ditionem conceſſere: reverſi autem dein anno 1517. ad priſtinum Venetorum imperium, eo reipubl. ſtatu hucuſque tranquille utuntur. Maximis porro operibus, continuoque ſtudio Veneti jamdiu urbem muniunt, adeo ut inter munitiſſimas totius Europæ merito referri queat.

## *De Patavio ex Leandro & aliis.*

PAtavium antiquiſſima civitas, vulgo Padua; urbs admodum ampla, triplicique olim nunc duplici muro ſepta, & profundiſſimis foſſis cincta; quippe Meduacum ſive Brentam amnem tam munitionis urbis quam navigandi opportunitatis cauſa, maxima induſtria Carrarienſes reguli huc pertraxere. Sita eſt autem urbs loco plano & fertili atque amœniſſimo; placidiſſima fruens cœli temperie, & ſumma ſoli bonitate, ob amœnitatem Euganeorum montium, quos habet ad Occidentalem ſui plagam. Incolæ ſummis præditi ſunt ingeniis, & ad arma juxta atq; litteras, aliaque negotia aptiſſimis. Ambitus

urbis duplex:exterior ſex millia duce
toſque ( alii VII mill. ) paſſus contin
cum ſex magnificis portis:interior t
millia paſſuum, altiſſimus , & ſuper
perpetuum habens deambulacrum.

Vrbs ipſa magnifica ſplendidaqu
ſilice ſtrata ; foſſis, vallis & propugn
culis undiq; tutiſſima. Habet ædific
Sacra, profana, publica privataq; m
gnifica & ſumtuoſa. Templum Cath
drale ab Henirco Imp. ſtructum , ſi
ſe habet Baſilicas XXII. intta urbe
ſplendore Cathedrali non multum i
feriores quaſdam etiam ſuperiore
Monaſteria virorum XXIII. virginu
XXIX. Palatium in quo jus dicitur,to
Italia nominatiſſimum nullis fultu
columnis,& plumbo tectum : Curia
inſuper publici conſilii, cum portic
marmoreis columnis ſuffulta : Fo
maxima quinque;quorũ primum co
greſſibus & deambulationibus civiu
dicatum eſt ; alterũ olitorium ; tertiu
frumentarium ; quartum lignarium
poſtremum palearium: Pontes XXXVI
ex lapide fornicatos ſupra Brentam
amnem qui Vrbem perfluit. Porticu
ampliſſimas : areas ſpatioſiſſimas:No
ſocomia III. Xenodochia totidẽ : ite
Orphanotrophium,& domum Dei ex
poſititiis infantibus attributam:Mon



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tem pietatis, extirpandæ Iudæorum fœnerationi inſtitutum, qui pro centenario viginti exigere conſueverant: Ærarii ſors XXXVIII. aureorum millia ſuperat, civium liberalitate collata. Præficiuntur ſeptem domibus, quæ opportuno urbis loco ſitæ, viri nobiles, datis fidejuſſoribus annuatim; hi pro pignoribus mutuo dant, infra XXX ſolidos, gratis; ſupra, quinque tantum fœnoris nomine pro centenario exigentes, ad miniſtrorum impenſas, quæ III. mill. aureorum quotannis ſuperant, ſuſtinendas: quod ſupereſt, pauperibus annuatim dividitur, ſorte ſemper manente & ex piis eleemoſynis, præſertim quę feſto paſchatis colliguntur, quotannis creſcente. Domorum quatuor millia hodie ſuo ambitu complectitur. Epiſcopatu gaudet urbs qui longe ditiſſimus totius Italiæ æſtimatur. Deniq; Academiam habet nobiliſſimam & doctiſſimorum virorum ſeminarium. Cives inter præcipuas artes hodie, uti & olim, lanificium exercent.

Agrum Patavinũ Bernardinus Scardeonius ita deſcribit: A Meridie Atheſis fluvius procurrit: à Septentrione Muſo parvus amnis dilabitur, ab Oriente æſtuaria Venetiarũ, ab Occidente vero colles ſunt Euganei & ager Vicentinus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Patet omnis hic circuitus CLXXX. mil paſſ. in quo ſexcenta & quadragint ſeptem villæ ſeu pagi.

Flumina quæ Territorium Patav num ſecant, præcipua ſunt Bacchili & Brenta; qua utraque olim Medua nomen habuêre: Brenta x. mill. ſu Tridento naſcitur & ad agrum Vicen tinum præcipiti curſu delatus, relict ad ſiniſtram Baſſano, agrũ ingreditu Patavinum & v. mill. infra Pataviun ſe dividit; & dextra parte cum Bacchi lione ſe conjungit, ſiniſtra autem cur ſum ſuum aliquandiu ſervans verſu Meridiem, poſtquam magno ſtrepit ſe pręcipitaverit, convertitur ad Orien tem & duobus aliis amniculis Lavan dola & Tergola auctus, ad pagum Stra cum cum Bacchilione ſe denuo con jungit; rurſuſque juxta Dolum vicum diviſus, dextro ramo verſus Meridiem labitur & prope villam Conche à Ba- chilione exceptus juxta Chioggiam in mare Adriaticum effunditur; ſiniſtro vero Miram, Oriacũ & Moranzanum ſtringens tandem in portum Brondu- lum illabitur. Bacchilio haud procul Vicentia enatus; eamq; ſecans, aliquot amnibus auctus VI. mill. ſub Vicentia ſe dividit in duos ramos, quorum dex- ter ad vallem Eſtenſem fertur, ſiniſter

ad

ad territorium Patavinum ſe conver-
ens illud intrat juxta monté Galdam,
& paulo poſt cum Brenta uti diximus
onjungitur: ſed non longo inde ſpatio
urſus dividitur in duos ramos, quorũ
dexter Patavinum agrum rigans, &
uxta Battagliam cũ dextro ramo ſuo
eunitus præcipiti curſu tendit Bovo-
entam; ſiniſter autem antiqua urbis
ircumdat mœnia & in plures alveos
liſjectus, extra urbem reunitur, rurſuſ-
que juxta Porcigliam ſe ſeparat in duos
amos, quorum dexter Bovolentę cum
uperiore conjungitur, & paulo infra
um cæteris ramis conjunctus Pontem
ongum, Corregivolam, & Brentæ ra-
mo conjungitur qui à Dolo deſcendit:
ſiniſter vero muros novæ urbis com-
plexus, demum per foſſam à Patavinis
factam in majorem Brentæ ramum il-
labitur, & cum illo fertur ad Dolum,
ubi rurſus dividuntur ut ſupra. Paulus
Paruta in Hiſtor. Venet. ſcribit, hanc
agri Patavini parté quæ verſus Chiog-
giam & mare inclinat, longe fertiliſſi-
mam eſſe & incolis frequentiſſimam;
in eaque reperiri vicum Bovolentam
adverſus ſubitos hoſtium incurſus ſatis
ſecurum, quippe fluvium Bacchilioné,
in Territorio Vicentino natum, poſt-
quam ad Baſſanellum 11. milliar. ſupra



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Patavium pervenit, & Brentæ ac
rum acceſſu auctus fuit, in diverſa
& variis & tortuoſis flexibus per a
Patavinum delapſum, grandi ſpati
medio relicto, juxta hunc vicum ru
conjungi : atque hic quondam ca
lum fuiſſe, inſigne adverſus hoſtes p
ſidium. Quid multa ? Ager Patavi
ob flumina & lacus neque hoſtibus
ceſſu facilis & adverſus ſubitos m
ſatis munitus judicatur.

Ager porro Patavinus eſt amœni
mus & frumenti, vini reliquarum
frugum maxime fertilis ; tantam
copiam tritici fundit, ut ſummam
reatur admirationem ; paniſque e
conficitur totius Italiæ candidiſſim
vino quoque abundat generoſo. N
undique regio hæc pagis, vicis, & v
ornatiſſimis, quæ fere ſunt patri
rum Venetorum, qui menſibus æſt
ruri plerumque cum familiis agunt

Vrbs hæc ſub Romani Imper.
manſit, donec ab Attila caperetur
cendereturque: dein reſtaurata à N
ſete, rurſus à Longobardis cremata
citur; verum ſub Carolo magno &
teris Italiæ Regibus non tantum re
ravit ſed & magnum incremen
accepit. Sub Othone etiam ut cæt
pene Italiæ urbes ſuo jure uti cœ

hæc forma Reipubl. uſque ad Fridericum II. ſtetit, tum enim Actiolino Romanino ſuadente rurſus ſe imperio junxere, & præſidium Germanicum intra urbem acceperũt, & ſimul Actiolini jugum; anno 1237. Is poteſtatem legitimam ſtatim in ſæviſſimam tyrannidem vertit, ideoque abſens magiſtratu ab iis eſt privatus. Non diu poſt ſub Capitanei nomine Marſilius Carrarienſis urbis dominatum ad ſe contraxit; ſed Scaligeris impar, illum Cani Magno ceſſit; quo defuncto iterum Dominatu potitus, decimo anno ſine liberis deceſſit & Vbertinum hæredem fecit ann. 1340. qui poſt ſextum annũ à Maſtino Scaligero pulſus; & mox reſtitutus eſt: illi ſucceſſit Maſſilius II. quarto die à fratre patruele Iacobino occiſus: Iacobinus item à Guilielmo F. notho occiſus anno principatus quarto; huic ſucceſſit Franciſcus F. qui præclare Remp. adminiſtravit, ſed cum ſocerũ Barnabam Vice-Comitem liberare ſatageret, & ipſe à Ioan. Galeacio captꝰ in carcere interiit, ann. 1388. Vrbem autem paulo poſt Franciſcus II. ſuperioris filius à Galeacio recepit; vixitq; in principatu ſummo cũ metu ann. XV uſq; ad Galeacii exitum, quo tempore Scaligeris nefarie interemtis Veronam

quo-

quoque occupavit, & paulo poſt ea-
dem amiſit: & Venetis ſupplex factu
ab iiſdem in carcerē conditus & mo
ſupplicio fuit affectus: ann. 1403. eju
filii Vbertinus & Marſilius in Floren
tino agro exceſſerunt, atque ita nob
lis Carrarienſium familia interiit: ur
autem in Venetorum poteſtate man
ſit, uſque ad annum cIↃ IↃ IX. quo ſu
Maximiliani Imper. imperium conce
ſit; ſed ſtatim à Venetis recepta, tan
que egregie permunita fuit, ut poſt
à maximo confœderatorum exerci
obſeſſa expugnari minime potuerit.

*De Vicentia ex Leandro & aliis.*

URbs Vicentia peroptimè ædificat
ſplendidiſque ædificiis eſt ornat
inter quæ prætorium magnificentiſſ
mum, cœnobiumq; D. Coronæ ſod
lium prædicatorum: ſita eſt juxta ra
dices collis, duobus amnibus navigab
libus diviſa, Bacchilione & Rerone, qu
è vicinis mōtibus dilapſus in ipſa urb
Bacchilioni jungitur, quem Ælianu
Eretenum vocat & optimas totius Ita
liæ anguillas alere memoriæ reliqui
Abundat urbs maxima omnium rer
ad vitam humanam neceſſariarum co
pia, propter ſummam agri amœniſſim
ubertatem, qui frumenti, vini, cætera

rumqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

rumque frugum maxime eſt fertilis. Tanta cum in ipſa urbe, tum in agro mororum arborum, quarum fronde bombyces aluntur, frequentia eſt, ut ſummam habeat admirationem. Poma ferunt alba; quamobrem hoc ſericum non tam eſt robuſtum ac illud quod vermes genuere foliis earum arborum nutriti, quæ mora nigra producunt. Vberrimum hinc quæſtum Vicentini faciunt, gens ingeniis vividis, magnæque fiduciæ, promtiſſima ad literas, militiam atque mercaturam. Vrbs Epiſcopatus gaudet dignitate. Stetit hæc urbs in fide populi Romani ad Attilæ uſque tempora; à quo vaſtata, poſt in Gothorum, inde in Longobardorum, poſtremo in Italiæ Regũ fuit poteſtate. Iis pulſis, libertate ſua ſub auctoritate Imperii Romani eſt uſa uſque ad Friderici II. Imper. principatum, à quo direpta concremataque varios paſſa eſt Dominos, Carrarienſes Patavinos, Scaligeros Veronenſes, Galeatios Mediolanenſes, Venetos. Tandem Maximiliani I. Imper. armis infeſtata, ejuſq; fidei ſubjecta, Venetis ad extremum eſt reddita. Haud procul ab urbe duæ nobiles ſunt lapidicinæ in monte, qui Cornolius latinis, vulgò *Covelo* dicitur.

## *De Brixia è Leandro & aliis.*

BRixia civitas ad montis radices ſita in Cenomanis, & illius gẽtis quondam caput: eſt autem urbs (ut inquit Leander) perhoneſta, dives, affluenſque pulchra ædificiis & magnifica, lautiſque & nobilibus colonis decorata. Sub Imperatoribus Romanis quievit, quandiu Romani nominis majeſtas authoritaſque conſtitit. Qua labante, & Gothis Italiam vaſtantibus à Radagaſo illorum rege tunc Romam petente vaſtata eſt & cremata anno 412. Ab Attila quoque ſubverſam, ac dein anno 452 refectam imperante Martiano, ſcribit Diaconus. Demum in Alboini Longobardorum Regis venit poteſtatem ac deinceps in gentis illius imperio fuit uſque ad Deſiderium à Carolo Magno captum: Extincto Longobardorum regno ſucceſſit Francicum: quapropter adhuc agri Brixiani pars, ubi gens illa conſedit, Franciæ curtæ nomen retinet. Sub Carolo Naimon Bavariæ Dux illi præfuit, qui urbem inſtauravit atque auxit: poſt Caroli exceſſum varios Dominos experta eſt; ſub Othone tandem ſuam ſibi gubernationem ſub Romani Imperii authoritate impetravit. Itaque libera dein, ut aliæ Italiæ civitates, fuit,

cur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

urruque publico uſa eſt in bello, quem
'arrotium vocant. Ab Henrico VI.
nper. muris nudata & multis immu-
itatibus ſpoliata. Denique cum per-
icioſiſſimis Gibellinorum & Guelfo-
am diſſenſionibus laboraret, inva-
endi ſui occaſionem Maſtino Scali-
ero præbuit; ſub quo ingentes cala-
nitates paſſa eſt. Sed illo pulſo, Azo
'ice-Comes Mediolanenſis illam ob-
inuit; hic Luchinum Matthæi Vice-
'omitis F. ſucceſſorem habuit; Luchi-
ıus Ioannem fratrem Mediolani Ar-
hiepiſcopum; quem deinceps Barna-
as & Galeatius Stephani Vice-Comi-
is filii ſecuti ſunt ann. 1357. Barnabam
lein Ioannes Galeatius in carcerem
nclufit, & imperium totum ad ſe
ranſtulit & Mediolani Dux creatus
nno 1402. ſucceſſorem habuit Ioan-
ıem Mariam filium. Pandulphus dein
Aalateſta dominatum urbis ſibi com-
aravit, & mox Philippo Marię Medio-
ani Duci ceſſit ann. 1421. Quinto inde
nno poſt cum Philippus Maria duriſ-
imo imperio Brixianos haberet; nec
er frequentes eorum legationes ad
mperium molliendum impelli ſe ſi-
ıeret, indignatione percita civitas Ad-
ocatis ex factione Guelfa ſuadenti-
ous ad Venetos defecit; nec à Philippo
Maria

Maria recipi ullo umquam conatu p
tuit:ita dein Brixia Veneti potiti uſq
ad ann.1502. quo Brixiani cæſis ad I
paltam Venetis Ludovico XII. vict
ſe dediderunt; qui illam Maximilia
Imper. condonavit; isque Carolo 1
poti Hiſpan. Regi: Carolus rurſus Fra
ciſco I. Gallor. Regi, à quo tand
anno 1517. Venetis eſt reſtituta.

Vrbem amnis percurrit modic
Garcia.

Extra Brixiam verſus montes ſu
Regiateum, Botteſinum, Virleum
altius Nubilaria, vulgo *Caſtelnedu*
diſtat ſex milliar. ab urbe Brixia: m
celſiſſima juga ſunt. Læva Civita
amnis Mela per montes decurrens u
à Brixia milliar. quem alii Melone
vocandum cenſent, profluit ex mo
tibus, multoſque fontes & rivulos p
ſim recipit, modicus tamen & lenis
Ollium deſcendit, quoniam antequa
ad Confluentem perveniat, in irrig
utrimque diſtrahitur horrida, lapid
ſiccaq; camporum arva, quæ ſic fœn
tritico, milio, ſiligine, cæteriſque fr
menti generibus ferendis idonea re
duntur, & propter largas aquation
frequentes fruges copioſe ſundunt. A
tius dein ad amnis dextram Mons pl
nus, Conciſum, Seretiumque caſte
ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

int; ad lævam ubi creſcere primũ in-
ipit Corium, infraque Villa cum Vn-
ino: mox juxta Bronci torrentis ac-
eſſum, oppidum Brocium, juxta ini-
a Lodrium. Deinceps ad Mormæ tor-
entis principia Piſſatium: nec procul
Melonis alveo Boratum & Corium.
De cætero inter hæc altiſſima mon-
ium juga quædam valles panduntur,
ominatim Tropia colonis haud in-
equens. Rurſus ab Ollio poſt Melæ o-
ium, in læva illius, loco paulũ altiori
egna cõſpicitur, dein aquæ rivo tran-
to Balci, ad D. Baſſianum, ad D. Gerva-
um, Verola, vetus Scorlariolũ, Cadia-
ianum, Manerba, Faventianum, Ci-
nanum, Quincenellum, Corteſium,
oldenicium, Pons Caſtelli, Logradũ,
urbulum, Roatium frequẽtiſſimum,
ullum, agri Brixiani oppidũ, & plura
lia loca quæ enumerare lõgum eſſet.

*De Bergomo è Leandro.*

Bergomum civitas antiquiſſima in
jugo mõtis poſita, cujus radices la-
iſſima ſuburbia civitati annexa tenẽt.
plendidis ædificiis tam rei divinæ,
uam civium habitationi dicatis ubiq;
itet. Iuxta forum eſt ædes D. Mariæ.
n cœnobii Prædicatorum templo
obiliſſimum apparet Preſbyterium,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

opere ſegmentato factum ex ligno,ta
excellenti & mirabili arte, ut mag
pictum,quam è ligno conſertum vide
tur: in eodem & Bibliotheca præcipu
Europæ annumeranda. Incolæ urb
lauti, & quanquam ſermone adm
dum ruſtico utantur, tamen ingen
peracri atque ſolerte, & cum ad litera
tum ad mercaturam aptiſſimo poller
Vrbem ab Attila vaſtatam prodit P.Di
conus;à Longobardis quoque ſubacta
legimus, diuque poſſeſſam ſub præfic
bus,qui Duces Bergomates appellaba
tur. Victo autem captoque Deſider
ſub Caroli Magni conceſſit imperiu
deinde ut cæterę Italię urbes libertate
nacta, eadem uſa eſt ad ann. 1262. q
Philippus Turrianus hic dominari c
pit: poſtea anno 1402 Luchinus Vic
Comes illam occupavit: ſucceſſit Maſ
ni Scaligeri dominatus;qui mox urbe
Luchino & Azoni illius nepoti reſ
tuit. Ita Vice-Comites illa potiti ſu
uſque ad Ioannis Galeatii exceſſu
tunc Suardi per tyrannidem illam i
vaſerunt;quo occiſo apud Cremona
ad Maſtinum Barnabæ Vice-Comitis
dominatus illius pervenit:huic ſucceſ
Ioannes Picininus;quo ob flagitia &
bidinẽ pulſo,Ioannes Ruggeius Suard
dictator creatus,qui urbem Pandulpl
Mal

Malateſtę xxx mill. aureorum vendidit. Deinde Philippus Maria illam Malateſtæ eripuit ann. 1419 à quo nono poſt anno ad Venetos defecerunt; & variam fortunam una cum Venetis à fœderatorum Principum exercitu ſunt paſſi; & anno demum 1516 ad Venetorum dominium redierunt, ſub quibus nunc ſumma pace tranquillitateq; fruuntur.

### *De Crema ex Leandro.*

Sita eſt Crema in jucunda pulchraque planicie, ſpatiis ampla, mœnibus firmiſſima, abundans opibus, populo frequens, ædificiis privatorum ſplendida, omnibuſque rebus ad vitam neceſſariis affluens. Hæc urbs ut ſuperiora prætercam, ſub Vice-Comitum Mediolanenſium imperio fuit uſque ad ann. 1405 quo Benzonus hic tyrannidem occupavit, ſed mox à Philippo Maria pulſus eſt: à quo una cum Brixia ad Venetos defecit, & per conditiones pacis inter Franciſcum Sfortiam & Venetos, penes illos manſit: niſi quod eaſdem vices ſub Ludovico XII & Maximiliano Sfortia eſt experta, quas & reliquæ Venetorum in continenti urbes. E quibus poſtquam emerſit, ædificiis, ſplendore & frequentia civium ita crevit, ut jam inter præcipua Italiæ oppida celebretur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*De Tarviſio Seravallo & aliis oppi-
dis Marchiæ Tarviſinæ, ex
Leandro & aliis.*

TArviſium urbs ædificiis ſplendi-
opibuſq; potens: jacet loco editi-
re, in campo ſpatioſiſſimo, Sili am-
diviſa: Fontium amœnitate ſalubri-
teq; ſtupenda. Cives humanitate ſu-
ſingulari, ingeniis igneis, & ad liter-
aliaſque artes & diſciplinas aptiſſim-
nec minus ad mercaturam prompt-
Epiſcopum habet. Magna hic agroru-
eſt ubertas, ingens rei pecuariæ ſt-
dium, tritici optimi (è quo panẽ con-
ciunt candidiſſimum) nobiliſſimi vi-
aliarumque frugum copia admirabil-
Primam hujus oppidi mentionem
ciunt Gothicarum rerum ſcriptor-
Gothis pulſis, Longobardi poſſederu-
& hic Marchionis ſedem poſuere, un-
adhuc regioni vicinæ nomen: Long-
bardis pulſis ſub Imperatoribus & R-
gibus Italiæ fuit: donec ab Actioli-
tyranno opprimeretur; & mox à R-
chardo Caminate: poſtea Catrarie-
ſes & Scaligeri oppido potiti; à quib-
tandem ad Venetos pervenit ann. 138
ſub quibus poſtmodum manſit, tan-
fide, ut cum cæteræ fere urbes poſt i-
gentem illam Reipubl. cladem ad F-

palta

paltam, ad Imper. aut Gallum deficerent, hæc ſola in obſequio licet cum ſummo diſcrimine perſtiterit.

Supra Tarviſium haud procul à Silis fonte Caſtellum jacet *Caſa corba* vulgo dictum.

Ad Plavis (quem alii Anaxũ vocant) ripam oppida ſe offerunt, quæ vernacule Venetio, Limina, Aquorio dicuntur; & in excelſis montibus Feltro, oppidum Epiſcopale: altius autem inter montes juxta Plavem, Belluni exigua quidẽ ſed nitida civitas jacet. Vlterius ſunt Pirarioſum, Plebs, Vallis Bonſtanna, ſupraq; Cadurbium & Zoltum, ubi montes aſperrimi ferrariis venis fœcundi. Sequuntur Laurentiacum, Trini portus, Auraucum & altius circa Plavis fontem Comerium. Dein ſecundũ dextram ejuſdem amnis ripam Madinum modicum oppidum; & Victorium in mediterraneo. Supraque ubi Carolus, (quem Plinius Varanum aut Varianum vocat) in Anaxum evolvitur, Teſeca oppidum; dein Bellunum antiquiſſima civitas ad Carolum, Epiſcopatu nobilis. Ad Liquentiæ ripam ſedet Turritium: juxta Moteci autem ſcaturiginem jacet Conegianum, frequens oppidum & rebus ad vitã neceſſariis abundans. Succedit in dextra oſtium Meduni flumi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nis, quod huc in Liquentiam ex ſupre-
mis Alpibus Meduno monte profluit.
Eius dextera Coliverium, ſupraq; circa
fontem amnis Imeſuli, Portus Naonis
amplum, nobile & opulentũ oppidum.
Quod ad Auſtriæ Ducum imperium
diu pertinuit, ſed noſtra memoria (in-
quit Leander) bello quod Veneti cum
Maximiliano Imper. geſſerunt, Bartho-
lomæi Alviani ductu captum, illi Sena-
tus Veneti liberalitate condonatum
fuit, cui defuncto filius in principatu
ſucceſſit. Altius Prata jacet & intus
Porciliæ modicum quidem at opulen-
tum & nitidum oppidum. Dehinc cir-
ca Meduni Liquentiæque confluentem
honeſtiſſimum ac ditiſſimum oppidum
Sacile ſitum eſt, multis Italiæ civitatibus
cum lautitia, tum populi frequentia
minime cedens. Habet ædificia ſplendi-
da, numerumque nobilium & docto-
rum hominum. Læva Liquentiæ, ſupra
Muteri oſtium, Portus Bufaletius, quod
oppidum ab ipſa Liquentia alluitur.
Dein circa fauces quibus Imeſulus in
Liquentiam ſe exonerat, Civilonium.
Et ulterius inter colles nobiliſſimum
oppidum Seravallis, armorum bellico-
rum celebris officina, pannorumque,
vini & frumenti negotiatione incly-
tum. Eſt veluti emporium Teutonicis
populis;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

populis; optime ædificatum, lautoque populo refertum, percurrit amnis Imeſulus, plurimæ caſtellum ipſum cingunt officinæ. Situ tam amœno ac nobili præſtat, ut incolæ loci amœnitate capti, uſque adeo diverſis temporibus accreverint, ut ter neceſſe fuerit mœnia dilatare, quę nunc bis mille & quingentorum paſſuum ſpatium complectuntur. Qua parte ad Septentrionē ſpectat, perpetuos habet montes: à duabus vero partibus, qua in Meridiem Venetias verſus, quaq; in Orientem tendit, latiſſimam habet planiciem, collibus elegantiſſimis diſtinctam, unde non ſolum vina ſed & frumenta uberrime colliguntur. Ad Occidentem colles etiam habet vinetis & olivetis conſitos. Omnibus autem ex partibus, paſcua habet pinguia, tam in campis, quam in montium vertice, frequenteſque lacus & ſylvas, ut nec venationes, nec piſcationes, nec aucupia jucundiſſima uſquam deſint. Hoc igitur oppidum in ea regione Tarviſinæ Marchiæ ſitum, quæ in Foro-Iulienſi patria olim cenſebatur in Diœceſi Cenetenſi: oppidum enim cum aliis finitimis, Imperatorum donatione ad Eccleſiam Cenetenſem pertinuit. Sedes deinde fuit regulorum Caminenſium (quæ familia inter quinque

nobiliores Italiæ fuit habita) Richar-
duſq, poſtremus ex illa familia in mo-
naſterio D. Iuſtinæ conditus jacet i
marmoreo tumulo. Nunc Veneti op-
pidũ poſſident molli quidem imperi
& ſuavi Nam Senatoré mittunt cum
prætoria poteſtate, qui juſtitiam adm-
niſtrat & vectigalia curat. Reliquum
quod eſt publici regiminis, penes anti-
quiores familias manet, quæ jam fer
ſunt xv. eliguntur q; ex iis xxxv. viri qui-
bus tota Reipubl. adminiſtratio incum-
bit. Haud procul Seravallo monſtratu
Hoſtia frequens & opulentũ oppidum
arce, foſſis mœnibus & paludibus ben
munitũ. A Seravallo dextrorſum pro-
cedenti inter colles occurrit civitas Ce-
neta; quæ nunc potius vici quam oppi-
di formam ſervat (inquit Leander) Epi-
ſcopum habet, qui etiam jus in tempo-
ralibus obtinet. Veneti quidem dum
Cardinalis Grimanus Epiſcopatu fun-
geretur, ob populi de inſolẽti & injuſto
illius dominatu querimoniam, illud
ad ſe transferre conati ſunt, ſed Ponti-
fice annitente illud ingratiis reſtitue-
runt. Itinere à Seravalle (inquit Lean-
der) Sacile, Cordinianum invenitur
monti inſidens, eximium propugnacu-
lum olim Nicolao Rangoni condona-
tum. Sequitur in ripa Liquentiæ ſubter

portum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

portum Buſaletium Motta, caſtellum non magnum quidem, ſed vicis ſuburbanis perpulchris, lautoque & pernobili populo frequentibus, nitens.

*Foro-Julienſis Provincia, Civitates & Oppida, è Leandro & aliis.*

FOrum Iulii fines habet ab exortu Iſtriam, à Septentrione montes Iapidios, ab occaſu Alpes Vindelicorum & Noricorũ; ab Auſtro ſinum Adriaticum. Incipit à planicie mari appoſita & paulatim creſcens, primum in colles & mox in altiſſimos mõtes evehitur: qui fere undiq; fines adeo claudunt, ut hęc planicies jugis mõtium theatri in modum vallata, uno tantum Sontii fluminis trajectu ab Tarviſio adeatur. Cæteros limites Alpes undiq; premunt, ideoque non niſi per maritimos portus, aut convalles, aut ipſa montium juga acceſſum præbet. Portus habet ad oram maris quãplurimos, nominatim quem Timarus antiquus Italiæ terminus efficit; & Pontanum, quem montis Falconis fontes; Sdobbium quẽ fluvius ejuſdem nominis, omnes ad ſinum Tergeſtinum, itẽ Lontium, Primarium amnis Tilii, Gradenſem aurei canalis, Aquileienſem, Buſium D. Andreæ, Lugiarũ Tiliaventi, Baſilicum & Caprulanum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Horum inter ſe ſpatia ſunt ab oſtio
denſium aquarum ad Natiſonis ſta
XL, hinc ad Lignani portum CXL, dei
oſtium Tiliaventi XL, tum ad Baſil
plus duplo, montes qui ad hanc regi
pertinent, omnibus fere metallo
generibus fœcundi ſunt: marmor et
habēt varii generis, & viliores gem

Dextra Liminis ripa (qui fluvius
gionem hanc à Marchia Tarviſana
ſterminat) ſurſum oppidum Po
gruarius reperitur. dein Sumaca &
lævam amnis ripam Cordiva & al
in mediterraneis Prodolum.

Ripa dextra Tiliaventi majoris
ſum aſcendenti oppidum perhoneſt
occurrit D. Viti; ſupra in medite
neis Cuſani, Zopola, Valuaſoriun
in montanis Spilimbergium, cum
tura loci, tum opere & mœnibus r
nitiſſimum, opulentum & frequens.
tius inter montes caſtellum novum
cet; trans fluvium ad oram maris T
na jacet, opulentum & frequens op
dum: altius Madriſium Varnium & V
cum; ſupraque Belgradum, Codroip
& Cucania: tum præcelſo difficili
in monte nobile oppidum D. Dani
& juxta Tiliavēti fontem arx Dogo

Stellæ amni appoſitum eſt Pala
lum non inhoneſtum oppidum; ſu

ju

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

juxta ſtagnum Corvatum, quod in ingentem ſinum panditur piſcibus mirifice abundantem, munitiſſimum eſt oppidum Maranum incolarũ frequentia ac divitiis pręcellens. Veneti diu poſſederunt, & arcem adjecerunt longe munitiſſimam, quæ nulla vi expugnari poſſe videtur, tum ob naturam loci mœniaq; firmiſſima, tum ob maris vicinitaté quod unum latus munit, quo præſidiis aditus præbetur. Secus ſtagnum ad amnem qui huc defluit, Caſtellum eſt: in ipſis autem æſtuariis Inſula Gradus, cui quondam urbem ejuſdem nominis Aquileienſes poſt exciſam ab Attila patriam inædificarunt. Sed urbem hanc maximis perſæpe calamitatibus afflictam conſtat, ideoque & nunc infrequenter habitatur.

Rurſus Tiliaventi dextram ripam latiſſimi tangunt campi, in quibus urbs nobilis Vtina, vulgo Vdene, ampla & magnifica, rebuſq; omnibus neceſſariis affluens; ambitum illius eſſe fere XL ſtadiorum ſcribit Leander, ſive V milliar. Italicorum: duodecim habet portas, duplicique foſſà cingitur, in quam Turrus amnis pertractus, qui duo illius latera perſtringit. Intus ad collis radices cui arx permunita inſidet, forum eſt ſpatioſiſſimum. eſt & aliud forum

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quod variis artificũ officinis cingit
cœlo gaudet temperato;oppidani ſu
mo ſunt ingenio, ſplendidi & nobi
Veneti Rempub.regunt miſſis illo p
ſidibus quos Locumtenentes voca

Supra Vtinũ ad primos colles aſc
denti occurrũt Faniana, Villaalta, M
cum, Mel, Braccia & altius Penſum,
loretum, Triceſimum, Tarum, Ar
nia: porroq; in montibus Prampergi
& Glemona; vulgo Prãper & Cemo

Ad Tiliaventum eſt Oſopium; i
Paruta ita deſcribitur: Mons Laurus
parte, quæ Germanos dividit ab It
multis locis præruptus eſt, nonnu
quam per valles, nonnumquam
montes non multum arduos, aditũ
una regione in alterã aperiens, ſed
planiſſima & maxime expedita eſt
quæ à Villaco ducit Venzonũ, quæ v
go Strada Imperiale appellatur. E G
mania itaq; in Italiam per hanc via
ubi fueris ingreſſus & perveneris ad
cum qui vulgo dicitur *l'hoſpitale*, mo
tes ſeſe in duo veluti brachia pandu
quorum unum verſus Tridentum &
Occidentem declinat, alterum in co
trariam plagã verſus Goritiam; illîc A
pes Carnicæ, hîc Iuliæ dicuntur: om
autem regio in medio poſita &
mare deſcendẽs hodie *patria del Fri*

app

ppellatur: ubi autem è cõtinuata hac
ontium ſerie emerſeris, ſtatim ſeſe
culis objicit caſtellum Oſopi, non niſi
uo mill. à radicibus mõtium diſtans,
exiguo monti Saxoſo impoſitum,
ui è planicie emergit & à natura ibi-
em poſitus videtur ad exteras natio-
es ab Italiæ ingreſſu arcendos: tria au-
em habet latera, quorum illud quod
Orientem aſpicit Tiliavento alluitur; è
ingulis autem petræ aſſurgunt inſtar
urrium, ita ut natura ſua ad munien-
dum ipſum locum videantur compa-
atæ; ſed ab uno angulo montis Saxum
deſcendit cum exigua valle, quæ non-
niſi xx paſſ. in longitud. & octo in
atitudinem patet; ſupra quam murus
ductus altus & arx fabricata, in eum
modum, ut tota hac mole in majorem
altitudinem ſubducta, caſtellum longe
munitiſſimum efficiatur. Mons autem
natura ſua ſterilis, incultus, præceps &
ab omni parte prҫruptus, excepta una,
qua ad ipſum haud ita difficulter adi-
tur. Petrus autem Iuſtinianus hujus
loci ita meminit. Veneti fines in mon-
tanis per XXII. paſſuum mill. exten-
duntur, uſq; ad locum qui vulgo nun-
cupatur Pontebba, inter quem locum
& Venzonum ſitum eſt caſtellum Clu-
ſæ, nec procul hinc mons Oſopi poſi-
tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tus eſt, ad cujus radices Tiliaventu
flu. labitur: mons autem hic incredib
lem aſperitaté habet à natura in mo
talium ſtuporem conſtitutus; nam
pars quæ Orientem Auſtrumq; reſpici
ita undique vivo pręruptoque ſaxo m
nitur, ut omnino inacceſſibilis redd
tur; altera autem pars quæ ad Occiden
tem ſolem vergit, non eodem mod
exaſperatur, lenioremque ad jument
plauſtraque tranſmittenda ſemita
habet; rupes tamen exeſæ & quaſi tu
res Vivi ſaxi manufactę in circuitu pr
minent: ab uno autem hujus mont
latere Auſtrũ verſus Oſopi arx ſita eſt i
fraq; exigua cõvallis & levior planitie
Venzonum, Leander vocat Ventione
& Venetorũ ditionis & Ducum Auſtri
Stiriæ & Carinthię terminũ eſſe ſcribi

Rurſus circa mare Natiſonis & Tur
flum. ora; dein Amphoræ ac Anſ
amnium. item oſtia quibus in Natiſc
nem defluunt; ſupra quos Straſoldum

Aquileia antiquiſſima civitas, olim
que adeo frequens ut cxx. millia ca
pitum hic cenſa conſtet: ſed Attil
poſt longam obſidionem captam ever
tit & miſere in eadem graſſatus eſt
reſtituit Narſes; poſtea aliquandiu i
Longobardorum fuit poteſtate, uſqu
ad Caroli Magni in Italiam adventum

dein

in Imperatoribus paruit; poſt ſub di-
one Patriarcharum , quos diligenter
iumerat Leander, eſſe cœpit ; & ab iis
Venetos, ſub quibus jam pace alta &
anquillitate fruitur, licet præter caſus
ruinas, & nomen amplæ quondam
bis nihil oſtendat. Scripſit de Aqui-
æ antiquitate lib. VI Sabellicus.
XXIV ſupra Aquileiam ſtadiis oritur
atiſo amnis, qui in Alpibus ortus ſub
igis Ventionis, ad occaſum æſtivum
rtur & LXXX fere ſtad. prolapſus ad
ccaſum hybernum flectit, civitatem-
ue Forum-Iulii mediam interſecat.
Iox ad Orientem incedens poſt CXX
re ſtadia Sontio flumini miſcetur. Id
ı Alpibus juxta Carniolam ortum,
rimum à Septentrione per confrago-
is valles, præcipiteſque rupes in Occa-
um hybernum tanto cum impetu pro-
olvitur ut ad CXX ſtad. nec pedibus nec
umento tranſitum patiatur; dein per-
etuo creſcens ſtadia fere XL. per vallem
litianam conficit, poſt eodem amplius
patio per aſperrimas fauces ad Carpo-
etum fertur, ubi pons eximius uno ar-
u LX ped. tranſitum jungit: hinc val-
em Caporetinam LXXX paulo minus
tadiorum emetitur multo lenior, adeo
it ubique tranſmittere commode li-
eat : porro circa finem hujus longiſſi-
mæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

mæ convallis apud Tulminũ, amn
Tulminã excipit& non procul inde
ſignem fluvium Hydram, ubi arge
vivi metalla ſunt: deinceps LXXX. f
ſtadiis per vallem Sontii quam voca
Roncinam ad pontem trium arcuu
labitur, juxta quem ſuperioribus an
turrem ſtruxit Goritianus Come
hinc vero per anguſtas confragoſaſq
valles è regione Goritiæ, quas ſublin
pons tribus pilis lapideis innixus ju
git; lenis dein XL. paulo amplius ſta
defluit uſque dum Vipanum amne
colligat; quo recepto navigabilis eſ
citur uſque ad mare ſtadiis CXL.

Vetus Forum Iulium civitas in
montes ſita, primũ à Theodorico, de
à Cancano Pannoniorum R. ever
inſtaurata dein Civitatis Auſtriæ no
accepit. Et deinceps perpetuo crevit
nunc (inquit Leander) multis fund
tiſſimis ornatur familiis, pręcipue N
dita. Iacet in faucibus Italiæ loco à n
tura munitiſſimo: mediamq; percur
Natiſo; nobili lapideo põte junctus. S
quuntur in mõtibus Lęva civitatis, C
cum, Prętexta, Atini. Cernium & Cuc
nicũ. Dein ſecus Natiſonem oppidu
everſum eſt Soſſimbergum: Secundu
eum ad Alpes incedenti Savornianũ o
currit, & propter fontem quo naſcitu

Vap

apocum in Alpibus, tumque deſcen-
per amnem rurſus in altis monti-
is Dorium. Dextra civitatis Roſa-
um; altiuſque ſubter Alpes Cormona
vitas; mox oppidum D. Martini Cir-
oſii: Læva Sontii ripa, propugnacula
periuntur bina à Venetis 1472. ſtru-
a contra Turcarum incurſus; Gra-
ſca & Foliana; quorum Gradiſca ad-
ıc incolitur, altero deſerto, ſed ab
rchiduc. Auſtriæ poſſidetur.
Amne tranſito ad oram maris, nobi-
, frequens & opulentum oppidum
æcelſo & difficili in monte cernitur
ons Falconis. Sequitur ad oram Time-
ıs amnis, (quem Leander Timavum
oinatur) qui minor vulgo dicitur ad
ferentiam majoris qui in Tergeſti-
ım ſinum modico hinc intervallo il-
oitur, propter ædem D. Ioannis Cher-
ini, ubi mercatus annuo tempore
agna hominum frequentia celebra-
r. Hic limes Fori Iulii & Iſtriæ princi-
ım; ſed Tergeſtinus primum ſinus
iſſerendus, qui hic incipit. A monte
lconis juxta littus in edito jugo mu-
tiſſimū ſequitur caſtellum Duinum;
mox in minore colle Mocolanum,
in Pucinum perlautum itidem oppi-
m, vinoque nobile. Succedit circa lit-
s civitas Tergeſte, Colonia Romano-

rum quam Henricus Dandulus Ven.
Dux tributariam fecit una cum Mu
la: poſt ſub Auſtriæ Ducum Impe
fuit ad annum 1507. qua à Venetis
cepta Duce Alviano, biennio ſub i
manſit, dein ad Maximil. Imper. di
nem rediit & nunc (inquit Leand
ab Archiducib. Auſtriæ poſſidetur.

Cætera oppida quandoquidem
Dominium Venetum non pertin
conſulto hic omittimus. Antequ
autem à Foro-Iulienſi patria abeam,
nequaquam omittẽda novæ urbis P
mæ conditio anno 1593. à Venetis
cta, de qua ita Thuanus lib. c IV.

Veneti conſilium jam diu captu
Turcis alibi occupatis, reſumunt &
tuendum Fori-Iulii limitem de mu
tione loco idoneo exſtruenda ſerio
gitare cœperunt: deſignatus à Bon
juto Lorinio Florent. locus, conſu
tione prius habita cum Mario Sav
niano Comite ſeniore, qui jam prid
id conſilii Senatui dederat, citra Li
tiam amnem muniendus, inter I
madam, Laurentii fanum & Ron
ſam pagos, X. ab Vtina, quam a
omnia novis munitionib⁹ firmari p
cuit, milliaribus, à Marano VIII, à S
ſoldo II. ab Aquileia IV. ortum ver
ad occaſum haut amplius Iↄ-paſſibu
dit

ditione Auſtriaca, miſſi in Foro-Julienſem agrum à Senatu ad locum luſtrandum Marinus Grimanus, qui poſtea Reipubl. Princeps fuit, &c. re diligenter perpẽſa, eo quo dixi loco urbs ſtrui cœpta Septembri menſe, eique Palmæ nomen impoſitum, forma fere rotunda & IX. propugnaculis & ampliſſimis diſtincta cum profunda foſſa & vallo circumducto; in medio arx conſtructa V. propugnaculis firmata, in qua Venetus præfectus habitat. Opus ſumma provincialium undique accurrentium & tanquam pro communi ſalute laborantium alacritate feſtinatum & ad defenſionem intra paucos menſes perductum eſt, ac magna tormentorum vi inſtructum, effoſſo à Caortii & Marani lacunis canali, per quem navigia ad novam urbem appellerent.

*De Iſtriæ Civitatibus & oppidis.*

Iſtriæ terminos ſupra explicuimus; illius ad oram initio ſtatim occurrit Civitas Iuſtinopolis quæ vulgo Cabo d'Iſtria dicitur: parvam inſulam occupat, longam paſſ. M. modice latam, modicoque intervallo à continenti diviſam, quod tamen verſatilibus pontibus ſternitur, quibus ex urbe in continentem tranſitur: arcem in medio

habet quatuor turribus munitam; Ca-
ſtellũ Leoninum vocant. In Venetoru
ditione jamdudum fuit. Ager ejus ha
ignobili vino oleoq; fœcundus, etia
ſalis copia abundat.

Sequitur ad oram quinto fere lapi
inſula caſtellum iiſdem pene tempo
bus quo urbs condita; lapideo ponte c
tinente annectitur, unde illi nome
Succedit Caſtellerium cum portu rec
ſuque maris. Iↄ hinc paſſ. ad D. Simone
pervenitur: inde mill. v Piranum abe
oppidum luculentum ad collum mo
tis, utrimque ſinum habens, quoru
dexter *Salvorius*, ſiniſter *Largone* di
tur, in quem Draconia flu. illabitu
circa cujus oſtium frequentes Salir
ſunt. A Pirano ad alterum Largon
cornu mill. fere ſunt V. quo Tergeſtin
ſinus finitur, vocaturque vulgo *Pun*
*de Moſche*. Pari propemodum interva
lo ſuccedit Vinacum in ſcopulo mar
nis undis circumfuſum, agro fere ub
que plano, & arvis atq; ſilvis juxta div
te. Hinc littus ad meridiem ſe flectit. A
Vinaco ſunt mill. II ad D. Pegrinun
hinc ad D. Ioannem Cornetanum pa
mille; ad D. Laurentium Dailanum to
tidem: mox ad alterum lapidem ip
Daila; poſtque tertiò Civitas nova, (on
nia hęc loca importuoſa ſunt.) in Æm
ni

niæ locum ædificata, mill. paſſ. ab oſtio Quieti amnis, qui olim Labutus diceba-tus. poſt Quieti oſtium, millia III Portus Cernerius; hinc in mari aliquot modici ſcopuli, dein Epiſcopuli cernuntur (vulgo Veſconelli) unde mill. paſſ. IV Parentium civitas jacet in peninſula, mari pene tota circumfuſa, mœnibuſque ac turribus eximie munita; Portum habet maximis quibuſque navibus capiendis idoneum, & objectu Inſulæ D. Nicolai tutum, in qua cœnobium & turris rotunda, è qua olim lumen navigantibus accendebatur. Sequitur oppidum Vrſerium in monte poſitum, ditionis Parentinæ. poſt alterum milliar. Lemi amnis fauces ſuccedunt, qui Euripus magis videtur quam fluvius, licet inter altos montes rapide fluat, ſalſuſque eſt uſque ad Tabernam, unde quondam uſque ad Caſtellum Geminum (vulgo *due Caſtelli*) videtur acceſſiſſe. Os Lemi latum eſt paſſ. mille, longum VIII mill. uſque ad Tabernam, altitudine quæ nec modicis navibus conveniat. Circa oram aliquot ſunt ſcopuli, Convereria & inſula Ficariola: deinde Rovinium eſt oppidum in Inſula, quæ M. circiter paſſ. ambitu complectitur, & lapideo ponte continenti jungitur: portus habet duos, unus vallis Boreæ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

dicitur: alter in Auſtrum Africumqu
converſus, quem tres Inſulæ D. Cath
rinæ, D. Andreæ, & D. Ioannis Pelagi
efficiunt. In Rovinienſi agro marmo
cæditur quantivis in Italia pretii. Hin
juxta oram à D. Andreæ proceden
occurrunt duæ modicæ Inſulę, Serori
dictæ: de cætero Columnæ, Portulu
Muralium, & mox promontorium C
ſanum; Muratio Phaſianam millia ſun
III; hinc ad vallem Bandoniam II. to
tidemq; ad Marcodainum. Tertio ind
lapide Polæ portus ſuccedit, qui in ma
re M. P. XI. procurrit, latitudine oct
ſtadiorum, objectu Breoniæ inſulæ p
ne clauſus, quæ tamen intervallo M. v
disjuncta eſt, & longitudinem V. mil
latitudinem IV. circuitum XXX. habe
Portus hic geminum in mare proten
dit cornu, dextrum in aditu Campa
tris, lævum Crucifixi vocatur. Sunt in
ter ea & Breoniam D. Hieronymi in
ſulæ duæ cum ejus æde & cœnobio: in
tus in portu aliæ perexiguæ ſex. Porr
in alto ac difficili monte qui portu
imminet, pervetuſta & munita civi
tas Pola cernitur; hujus montis cacu
men media urbe elatum permunitan
quondam habuit arcem, ut nunc rui
næ teſtantur; ubi etiamnum ingens ci
ſterna pluviis aquis ſervandis ſupereſt

Plurima

Plurima præterea in ea antiquitatis monumenta, inter alia Amphitheatrum, & aliud ampliſſimū ædificium, quod nunc Zadrum vocant. A Pola ad Brancorſium milliaria ſunt IV. inde totidem ad Inſulam D. Mariæ gratiarum ad Verudam XV. ad Vlmum I. ad Vlmulum II. ad quatuor promontoria (quæ inſulæ ſunt modicæ) V. à promontoriis ad Merlettas inſulas VI.

A promontorio Compatris incipit ſinus qui uſque ad oſtium Arſiæ flu. diffunditur, Plinio Fanaticus dictus, Melæ Polaticus, nunc Carnarius appellatur ob marinorum fluctuum violentiam, qua frequēter hic naufragia fiunt.

In mediterraneis Iſtriæ plura ſunt oppida ſed ignobilia, quare illa hic omittemus.

### *De locis quæ Veneti poſſident in Dalmatia.*

PRæterea Veneta Reſpublica dominatur pene toti oræ maritimæ Dalmatiæ & inſulis eidem objectis; oppida autem duo præclara ibidem poſſidet Zaram & Catharum. Zara munitiſſimum oppidum cum præclaro admodum portu. Catharum autem in intimo Rizonici ſinus receſſu poſitum eſt à mari quod ad Orientem ſeſe intor-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quet, placide alluitur: tota autem re-
gio apricis cultiſque collibus peramœ-
na conſpicitur; ſed Catharum monte
ad dextram obſtantes ita opacum red-
dunt, ut incolæ ſub brumæ tempu
breviſſimis ſolibus uti ſoleant.

## *De Inſulis quas in mari Ionio poſſident.*

CORcyra hodie Corfu dicta vix mil-
liare unum ab Albaniæ continent
diſcreta, patet in longitudinem LX mill
in latitudinem XXIV. ambitu vero ſu
CXX complectitur, ut annotat Boterus
arcus formam repræſentat obverſum
ad Orientem; Montoſa eſt inſula verſus
Meridiem, plana qua Septentriones ad-
ſpicit: ſolo haud adeo fœcundo, quippe
ſaxoſo & aquarum indigo; venti autem
Auſtrales hic ut plurimum meſſem cor-
rumpunt, unde incolæ potius vineta &
oliveta, aliaq; pomaria conſerunt, fru-
ctus autem quos terra producit longe
optimi ſunt in ſuo genere: abundat ita-
que vino, cera, melle, oleo, citreis auran-
tiiſq; malis aliiſque fructibus; ſimplici-
bus quoque raris. Ad Occidentalem
plagam ſedet S. Angeli caſtellum mu-
nitiſſimum, & quod Turcorum impe-
tus non raro eluſit: ad Orientalem di-
verſi ſunt ſinus, portuſq; cum duabus
penin-

eninſulis, in quarum una eſt Pagio-
olis, altera perexiguo freto à majore
nſula diviſa eſt: è regione ad radicem
nontis ſita eſt urbs Corſu cum duobus
aſtellis, (quæ illi imminent,) egregie
nunitis; quibus & tertium nuper ac-
eſſit maximi ſane momenti: ad dex-
ram urbis promontorium eminet,
bi præclarus fons viſitur, quem vul-
o vocant Cardacchio. Portus huius
rbis capaciſſimus eſt & ſatis adverſus
ncerta ventorum munitus.
Cephalonia forma eſt triangulari, ca-
it ambitu ſuo CLX mill. paſſ. plures ha-
et ſtationes, quarum præcipua eſt Ar-
oſtolica, cuiuſvis claſſis capax; altera
one promontorium quod vulgo Cap.
Guiſcardo vocant, ubi multa veſtigia
iſuntur palatiorũ & aliorum ædificio-
um; & plurima numiſmata effodiun-
ur aliæque notæ antiquitatis. Ager tri-
ici, oleique fœcundus; pecorum quo-
ue dives, melle quoq; abundat manna-
que & uvis paſſis; ſed aquarum nonni-
il indiga eſt. Continet circiter XIX mil-
ia animarum ut obſervat Boterus.

Zacynthus hodie Zante, ambitu ſuo
yrat LX mill. montoſa atque aſpera
erſus ortum, ſed amœna atque pul-
hra verſus Septentriones. Terræ mo-
ibus obnoxia eſt, & lignorum inops:


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

opulentia illius conſiſtit in oleo, vin
& uvis paſſis; è quibus per commerc
uberes quæſtus faciunt incolæ; ſe
tritici inopia laborat, quia arva omn
culta vinetis occupantur. Oppidu
habet ejuſdem cum Inſula nomini
cum caſtello in edito colle & circit
quadraginta ſeptem pagos.

### *De Creta Inſula.*

CReta nobiliſſima mediterranei ma
ris inſula (quam hodie Cãdiam vo
cant) longa cc LXX. lata L millia: quin
genta autem & nonaginta ambiens
ſitu tam opportuno jacet, ut Ariſtot
les à natura ita poſitam dixerit, ut ma
ris imperio potiretur: abeſt à Syriæ co
tinenti Iↄ. mill. totidemq; ab Ægypto
à Caramania, Cypro, Albania ccc. o
illius variis ſinubus & promontori
lãcinatur; principalia inter ea ſunt qu
hodie Capo Spada & Capo Salomon
appellantur, quorum illud ad Occiden
tem, hoc ad ortũ pertinet, intermedi
auté ſpatio Drepanum ſe exſerit, quo
hodie Capo Melecca vocatur: & pro
montorium Zephyrium, quod hod
Altelico dicitur. Solum qua Orienten
aſpicit editũ eſt & aſperius quam rel
qua parte inſulæ; cæterum montoſa e
inſula & continuis pene jugis per me

dium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

lium ſecundum longitudinẽ diviſa: inter montes autẽ eminet Ida. Olim centum urbibus hanc inſulam habitatam erũt; nunc (inquit *Boterus*) vix tres numerat alicujus momenti, eæque omnes ad plagam Septentrionalẽ: Candia nimirum (quam alii Candidam aut Candacẽ vocant) quæ circiter x, millia animarum continet: Canea quæ olim Cydona ſive Gnaſos dicta fuit) quę ſeptem millia; & Rhetinum quæ totidem. Sunt præter has urbes alicujus quoq; nominis Sitia ſexcentorum focorum oppidũ; cætera ſunt municipia, & vici circiter nongenti, in quibus haud ſupra ducenta millia capitum cenſentur. Paſſim autẽ ingentes ruinę & rudera antiquiſſimarum urbium viſuntur. Pars inſulæ quæ Meridiem reſpicit ab Auſtralibꝰ vẽtis miſere infeſtatur. Fœcunditas Inſulæ pręcipua cõſiſtit in paſcuis vallibus, ubi ingens numerus animalium paſcitur; & in planis quibuſdam arvis, quæ triticum quidẽ ferunt, ſed non tanta copia ut omnibus anni mẽſibus ſufficiat: vino vero excellẽtiſſimo & toti orbi notiſſimo ſupra fidem abũdat: nec mellis copia deſit, cujus bona pars Alexãdriam deportatur. Nulla eſt in orbe regio quæ tam proceris tamque præſtantibus abundet cupreſſis. Flumina habet mediocria

diocria tantum; Iſtoniam, qui x a
Spina longa milliar. in mare decurri
cuius aquæ quidem limpidæ, ſed æſt
te periculoſæ, ob Rhododaphnes a
bores quæ ripas illius veſtiunt, & aqu
inficere creduntur. Cretenſes jam oli
fuere judicati, improbo & perverſo eſ
ingenio, impoſtores & malefici: & re
vera abhorrent à labore & artibus m
chanicis; & ut plurimum otio atqu
aleæ indulgēt: Caneæ tamen Rethimi
incolæ ingenio ſunt meliore & mag
dediti labori quam cæteri. Paruere di
Imperatoribus Orientis; dein Bonifa
cius Montisferratenſis illa potitus, ear
dem Venetis vendidit ann. 1194. Inco
læ autem poſt varias ſeditiones, rebe
lioneſque nunc quiete Venetis parent
qui omnem dant operam ut inſular
adverſus Turcarum arma permuniant
quippe præter Candiam, ipſorum Co
loniam; & Caneam; nuper admodum
Sudæ portum duabus arcibus muni
vere; & alia inſuper loca ubi hoſti op
portunum foret in terram exſcendere
Portum Spinæ longę, licet Sudę multum
ſimilis ſit, negligere videntur, quia ne
que aquandi neque lignandi ibidem e
opportunitas. Hactenus è Botero.

Hæc Inſula difficile vi oppugnari po
teſt; nam cum ad eam nullus ſit aditus
niſi

iſi per mare & incommodos habeat ortus, niſi qui oppidis munitis aut aſtellis cincti ſunt, nullis tuto hoſti- us ad illam patet acceſſus.

Sunt in hac inſula præter urbes ſupra lictas aliquot caſtella: Voliſmeni caſtrū inquit Bellonius) olim Panormus di- tum, adhuc integrum eſt, inter Cy- iam & Candiam ad littus maris in edi- o loco ſitum, ad cuius latus ſiniſtrum ıorrenda eſt maris vorago. Cytia olim Cyteum, quartum eſt Cretæ propugna- ulum: nam oppidum puſillum eſt po- ›uloſum tamen, ad infimam inſulæ cu- pidem è regione Rhodi, ut centum luntaxat mill. paſſ. diſtantia ſit. Duo unt præterea caſtella in ſummo capite nſulæ: unum mare Ægeum ſpectans ad ſeptentrionem, Chyſamo nunc appel- atum, omnino fere dirutum, cuius ta- mē veteres muri adhuc integri manent, ıumili loco ſitum eſt, teli jactu à litto- e. Ex adverſo Chyſami, inſula transver- um dimenſa, aliud eſt caſtellum in colle ſitū juxta mare, nomine Selino. Aliud ſt præterea oppidum Spachia nomina- um, muris minime cinctum, ſed ædi- iciis hinc inde ſparſis magnum quen- dam pagum efficit ad celſiſſimorum Leuci montium (*de la Spachia* hodie) adices in declivi ſitum: ubi parva tan-

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tum arx ædificata, perfugium adverſ
piratas, in qua pręfectus vix cõmoda
habitationem habet. Hæc è Belloni
Sudæ port⁹ (inquit Paruta lib. IX. H
ſtor. Venetę) capaciſſimus eſt & ſecur
admodum, & jam quoq; munitiſſimu
poſtquam Veneti ſcopulo, qui port
oſtio objacet, arcem munitiſſimam
pene inexpugnabilem ſuperſtruxeru
Canea civitas (inquit idem) antiquit
Cidonia dicta, & opportunitate & pu
chritudine, ob amœnitatem agri & v
cinitatem portus, & frequentia inc
larum, inter principales regni civita
ſẽper fuit habita; & magno labore n
minori induſtria à Venetis permuni

II.

CASP. CONTARENI
Patricii Veneti
*De*
REPVBLICA
VENETORVM.

LIBER PRIMVS.

SÆPENUMERO anima
verti' cõplures advenas, pr
dẽtes homines, nec bonaru
artium ignaros: quum prin
Venetias veniſſent, ac amplitudine

ej

jus urbis contemplati eſſent, adeo unt admiratione & veluti ſtupore quodam perculſi, ut nihil mirandum nagis, aut illuſtrius ſe unquam vidiſſe ɔræ ſe tulerint, ac totius oris ſignifica- ione oſtenderint. Non tamen omnes ıdmiratio ejuſdẽ rei capiebat. nam qui- ɔuſdam mira quædam res, ac prorſus ncredibilis eſſe videbatur, tam magnã mercium omnium copiam, ex omni- ɔus terrarum oris ac regionibus, per- petuo quodam ac conſtanti tenore, in ɪanc unam civitatem invehi indeque in longe diverſiſſimas gentes terra ma- rique deduci. At alios detinebat urbis frequentia, & omnium propemodum gentium conventus, ac ſi commune orbis emporium, Veneta civitas eſſet. Nonnulli mirabantur magnitudinem imperii, latamq; & terra & mari ditio- nem. At plerique omnes politioris & acrioris ingenii homines, hanc novam ſitus urbis rationẽ, atq; adeo ad omnia opportunam ut deorũ immortalium potius, quam hominum opus atque in- ventum fuiſſe putare ſoliti ſint, ac ob hanc potiſſimum cauſam Venetam ur- bem omnibus aliis præſtare, quæ uſ- quam gentium ſunt, aut unquam fue- runt. Ac nimirum, ſi ſuperiora perſpe- xeris, etiam hac tempeſtate nonnullas

urbes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

urbes invenire facile poteris, quas cu
hac noſtra conferas. Non paucas ve
ſeculis retroactis,quę & imperii magn
tudine,& frequentia populi, rerumq
omnium copia & magnificentia ur
Venetæ longe præſtitere. Verum pc
hominum memoriam, nulla unqua
gẽtium civitas extitit, quæ tam oppc
tuno, tam tuto, ac tandem tam alie
ab hominum fide, ſitu condita fuer
Plerique in condenda civitate ſatis
feciſſe arbitrati ſunt ſi locum deleg
ſent,ad quem difficilis & incommod
hoſtibus acceſſus eſſet ad invadenda
obſidendamque urbem. inde evênit,
complures civitates conditæ ſint, a
in montium ſalebris, aſpero difficiliq
acceſſu, aut locis paluſtribus. diver
quadam ratione nonnulli nihil præ
rendum cenſuere commodo opport
noq; ſitui ad importanda exportand
que omnia,ſine quibus ſufficere civit
ſibi nequeat,tum ad neceſſitatem, tu
ad molliorem quendam vitæ luxur
Qui vero utrique rei ſtuduerint pauc
admodum invenias, pauciores ve
qui id præſtiterint, nullos autem qu
ſciam, qui omni ex parte id fuerint a
ſequuti. At Venetiarum ſitus divin
potius quodam cõſilio, quam huma
induſtria præter fidem eorũ omniun
q

qui eam civitatem non videre,& ab omni impetu terra marique tutiſſimus eſt, nec nõ etiam aptiſſimus omnium, ad cujuſq; rei copiam,ſive ex mari,ſive ex continente civibus ſuggerendam, atque ad commercia omnis generis mercium,cum omnibus penè nationibus habenda. Nam in receſſu penetralique Adriatici pelagi eſt ſita, ubi qua mare attinet ad continentem terram, magna æſtuaria panduntur, miro artificio naturæ munita. Nam XII. millibus paſſuum à continẽte mare incipit eſſe vadoſum,intra vada breviaque littus aſſurgit veluti agger quidam. Hæc fluctibus fremituique marino obſiſtentia univerſam eam ſtationẽ internam, longe lateque fuſam adeo tutam reddunt, ut non tantum maris impetus, quum aſſurgit etiam valida tẽpeſtate, ad interiora non niſi fractus penetrare poſſit, verum etiam neque navibus advẽtantibus liber aditus pateat. Quin potius opus eſt, niſi leves admodũ fuerint,ut his in locis,ubi venientibus occurrunt vada, in anchoris conſiſtant: nactæ deinde trãquillam tempeſtatem peritiſq; gubernatoribus, ſeu potius vadorum exploratoribus circumactæ anguſta quadam & implicata via, qua ſcilicet altior eſt unda, (hæc vero ſin-

gulis fere diebus æſtu maris mutat
& variat) tandẽ ad urbem perveniar
Littus illud quod aſſurgit poſt vad
ſexaginta ferme millib. paſſuum exte
ditur, atq; interiora ęſtuaria conclud
Non ita tamen continuum eſt, qu
ſeptem locis diruptum mari aditum
internam ſtationẽ præbeat. Diſtat a
tem à continẽte ſex millibus paſſuu
Hac ergo ratione Venetæ urbis æſtu
ria partim continente terra, part
littore ac vadis concluſa ſunt. in quib
mediis, ea regione quæ Rivoaltus
cta à majoribus, in hunc uſq; diem n
men ſervavit, condita fuit urbs Ve
ta: quo tempore Hunni duce Attila
tam oram Venetam, inſignẽ Italiæ p
vinciam, quæ hiſce æſtuariis finiti
eſt, igne ac cædibus devaſtabant. In q
calamitate Patavii, Aquileiæ, Opiter
Concordiæ atque Altini illuſtrium V
netię urbium cives, qui & nobilitate
divitiis aliis præſtitere, primum ſe cu
familiis recepêre in nonnullas inſul
ſeu potius tumulos, qui in æſtua
iiſce paululum è mari eminebant: i
demq; oppida extruxere in quibus t
quam in tutiſſimo portu turbulenti
mam illam Attilæ tempeſtatẽ effu
rent. nec non eodẽ tempore in litt
(de quo ſupra meminimus) nonnu
oppi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ppida fuere, eò convenientibus ejuſdẽ
ræ incolis, qui primas item ſedes re-
querant, ab Hunnis direptas, ac di-
ıtas: tutumque locum quæſierant
xoribus, liberiſq;, ac (ut ita dicam) diis
enatibus. Poſtmodum Caroli Pipiniq;
gum temporibus communi conſilio
mnes in Rivoaltum convenere, veluti
ı locum omnium tutiſſimum, & ma-
ime commodum; ſicque eo loci con-
enientibus omnibus, quicunq; vexa-
onem & devaſtationem eam Italiæ
atam ab omni barbarorum illuvie
fugere potuerunt, in eam magnitudi-
em quam nunc cernimus excreverũt
enetiæ. Vrbis igitur Venetæ ſitũ ma-
me tutum eſſe liquere omnibus po-
ſt, vel ex ipſa ratione ejus urbis cõſti-
endæ, quum ſibi homines illam con-
derint, qui eam Italiæ cladẽ atrociſſi-
am effugêre: ibiq; incolumes cum fa-
iliis in tãtis calamitatibus perſtitere.
ıin poſt ea tẽpora (quod nulli unquã
vitati legimus cõtigiſſe) à prima urbis
igine ad hæc uſq; tempora per mille
re ac centum annos immunis ſemper
hoſtili vi urbs Veneta perſeveravit,
ıum tamẽ opulentiſſima ditiſſimaq;
ri argentiq; ac rerũ omnium civitas
extremis etiam orbis regionibus
rbaros ad prædã potuerit invitare.

Quo fit, ut nō male ſentire exiſtime
eos, qui una hac ratione Venetias cęt
ris civitatibus præſtare cenſuere. Ve
aliud quiddam eſt in hac civitate, qu
longe omnium præſtantiſſimū cenſ
rim ego: mecumque omnes, qui civi
tem, non tantum mœnia ac dom
eſſe putant, ſed exiſtimant civium co
ventum ac ordinem potiſſimum h
ſibi nomen vendicare: reipublicæ ſci
cet ratio & forma, ex qua beata v
hominibus contingit. hoc ego reor e
eximium illud ac præclarū, quo Ve
tiæ maxime eniteant, atq; omnem a
tiquitatem ſuperare videantur. na
etſi compertum eſt, nonnullas reſpu
extitiſſe, quæ imperio, ditione, necn
militiæ ac bellorum gloria reipubl
Venetę longe prę ſtiterint, nulla tam
inſtitutione ac legibus ad bene beat
vivēdum idoneis, cum hac noſtra c
ferri poteſt: quo effectum eſſe perſp
mus, ut neque adeo diuturna ulla
quam perſtiterit. Quam rem cum
cum ipſe conſidero, magnopere mi
ſoleo majorum noſtrorū ſapienti
induſtriam, excellentem animi vir
tem, atque adeo incredibilem erga
triam charitatem. Fuere Athenis, La
dæmone ac Romæ nonnulli cives, v
probitate, atque in rempublicam i

g

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

gnes pietate viri: ſed adeo pauci, ut multitudine obruti nõ multum rei patriæ profuerint. At majores noſtri, a quibus tam præclaram rempubl. accepimus, omnes ad unum conſenſere in ſtudio patriæ rei formandæ,& amplificandæ, nulla prope privati commodi & honoris habita ratione. Hujuſce rei conjecturam facere quivis facile poterit, minime inquam ambitioſos fuiſſe Venetos homines, ſed patriæ commodo tantum ſtuduiſſe: quod nulla, aut admodum pauca, antiquorum monumenta Venetiis extant, alioquin domi foriſque præclariſſimorum hominum, & qui de republica bene meriti fuerint. non ſepulchra, non equeſtres ſtatuæ, non roſtra navium, aut vexilla ab hoſtibus direpta, ingentibus præliis ſuperatis. Vnum ex innumeris gentilis mei Andreæ Contareni Ducis exemplũ adferam. Genuenſi bello graviſſimo ac longe omnium periculoſiſſimo, cum dux hic noſtræ Reipub. præeſſet, incredibili ſapientia animique magnitudine ſingulari rem patriam ſervavit, hoſteſque jam victores maxima clade illata profligavit: omneſq; ad unum, aut trucidavit, aut captivos fecit. conſervata patria re, aucta firmataq; republ. diem extremum clauſit, ac teſtamento cavit,

ne ejus ſepulchro, quod ad hunc uſq
diem viſitur juxta templum divo St
phano dicatũ, ulla ducis inſignia, ull
ve gentis noſtræ affigerentur. quin n
que tam magni ducis nomen inſcrip
ibidem videas: quin ejus modeſtia ef
ctũ eſt, ut viri celeberrimi illuſtriſſin
que principis monumentum pleriq
omnes ignorent. certiſſimum hoc re
ego argumentum eſſe, non ambitio
ventoſæq; famæ majores noſtros ſt
dioſos fuiſſe, ſed patriæ tantum bon
communique utilitati conſuluiſſe. h
ergo incredibili virtute animi majo
noſtri hanc rempublicam inſtituêr
qualẽ poſt hominum memoriam nu
lam extitiſſe, ſi quis hanc noſtram cu
celeberrimis antiquorum conferat, m
ridiana luce clarius intueor: quum a
ſerere auſim, neq; monumentis in
gnium philoſophorum, qui pro ani
voto formas reipublicæ effinxere, ta
recte formatam atque effictam ulla
contineri. Quamobrem putavi ego e
teris hominibus rem minime ingrata
me facturũ, ſi tam præclarã reipubli
inſtitutionem literis mandarem, quu
præſertim nullum iiſce temporibus v
deam, ex quamplurimis doctiſſimis v
ris, qui multum valent ingenio, eruc
tione rerum omnium, ac eloquenti

ha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

hanc rem literis illuſtraviſſe. Cuilicet nihil luminis ex oratione noſtra afferri poſſe certo ſciam, per ſe tamen eſt adeo illuſtris, ut non tantum ſibi, verum etiam orationi alioquin tenui multum ſplendoris & dignitatis ſit allatura. Quamobrem cum de hac noſtra republica ſcribere inſtituerim, ut quilibet facile dignoſcere queat, rectene an perperam ſe habeat, hinc mihi potiſſimum exordium ſumendum reor. Hominem ſcilicet à natura civile animal effectum eſſe, ſolum vero nedum recte vivere, ſed nec vivere poſſe: id quod quotidiana neceſſitas ac victus veſtituſque ratio plane oſtendit; ac ob eam cauſam, & à principio homines conveniſſe in hanc civilem ſocietatem, ac deinde perſeveraſſe, ut bene beateque viverent, hoc eſt, ut mutuo adjumento ac opera ſummum hominis bonum aſſequerentur, quoad fieri poteſt, donec mortalē hanc vitam degimus. Quamobrē etiam univerſa ratio civilis inſtitutionis eo pertinet, ut qua faciliori via id fieri queat, cives faciat felicis vitę compotes. At felix beataque vita uſu virtutis pręcipue contineri à ſummis philoſophis perhibetur, quod etiam probant certiſſimis rationibus & argumentis evidentiſſimis. Verū uſus virtutis & in munerib⁹ bellicis

elucet, & in functionibus pacis. At
quamvis laus bellica, totaque milita
ratio tum neceſſaria ſit civitatibus p
conſervanda libertate,ac finibus tu
dis, tum etiam dignitatis & ſplendo
plurimum habeat;nihilominus reſp
communis hominum ſenſus, o
cia bellica, quibus cædes ac mortaliu
detrimenta inprimis procurantur, e
per ſe expetenda, atque ad ea cæte
omnia civilia munera eſſe referen
ac quidem crudelis ingenii,quin pot
ab humanitate abhorrẽtis hominis
ſet, optare prælia, cædes, incendia, h
duntaxat de cauſa,ut in re militari c
rus ſit, adde etiam ſi libeat, ut ſumi
imperatoris laudẽ conſequatur. Qua
omnes philoſophi inſignioris notæ
hanc ſententiam conſenſere,bellũ p
pter pacem expetendum eſſe,omnen
que functionem virtutis militaris a
univerſam laudem bellicam ad pa
officia eſſe referẽdam. Quamobrem
reipublicæ inſtitutor, qui laude dign
haberi,& ut dici ſolet, omne punctu
tuliſſe videri vult, eam moderatione
adhibeat, ac eum ordinem tueatur,
ad virtutem accõmodata tota reip
blicæ inſtitutio videatur: ad idq;, ut
pacis functiones magis quam ad bell
munia ſpectare exiſtimetur, bellicis i


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

terim & militaribus nõ neglectis. Nam plerunque & finibus tuendis & propagandis (dummodo id ſine injuria fiat) neceſſaria eſt militaris virtus. Cęterum iis quæ diximus, conſtitutis, illud ſtatim in controverſiam revocari ſolet, gubernationi civitatis unus rectiusne, an pauci præſideant, an potius univerſa multitudo: qualem pleriq; effingunt ſtatum illius, quæ proprie reſpubl. vocari debeat. At quidem egregie ſtatutum, ſapienterq; dictum mihi videri ſolet, hominũ gubernationem perperam homini cuipiam demandari, ſed divinius aliquid eſſe oportere, cui officium iſtud incũbat: quod cognoſci facile poteſt ex pleriſq; generibus animantium. gregem enim ovium ovis nõ regit, nec equorum aut boum armentum bos equuſve aliquis moderatur, ſed animal longe eximium tuetur, ac regit brutas animantes: homo inquam qui quantũ brutis antecellat, eſt omnibus compertiſſimum. Itaq; non diverſa ratione hominem moderari ac regere debet quippiam homine prę́ſtantius & divinius, ſi ex animi ſentẽtia res ſucceſſura ſit. Sed cum in mundanis rebus, quę ſenſu percipiuntur, inveniri minime poſſit melius ac præſtantius homine, ac homo varium quoddam ſit animal, & longe

 diver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

diverſis partibus conſtet: inferiorib
quippe animi viribus cum belluis com
munionē habet, ac ſupremis quodam
modo deos immortales attingit; id r
cte inter homines gubernatoris atque
moderatoris locum tenere debet, quo
eſt in homine divinū. id vero omnium
conſenſu eſt mens, divini tanquā ſplen
doris radius quidam à natura inſitu
hominum animis. Non ergo ſatis re
publ, conſultum erit, ſi gubernatio ho
mini committatur, quem brutæ ill
vires ſæpe perturbant, atque à rect
ſemita revocant rationis, ſed men
puræ ac motionum animi immuni, i
munus conferendum eſt. Quamobrem
divino quodam conſilio cum alia ra
tione id fieri non poſſet, inventis leg
bus hoc aſſequutum humanum genu
videtur, ut menti tantum ac ration
nullis perturbationibus obnoxiæ ho
regendi hominum cœtus officium de
mandatum ſit. Quod ſane Deorum mu
nus, neſcio an ullo inferius exiſtiman
debeat, ſi quis accurate ſecum putet le
gum commoda. Primo namque in ſan
ciendis, plurimi ſapientes viri conve
niunt, qui multarū rerum experienti
docti inventis aliorū, exempliſq; veterū
collatis, tandē poſt diuturnā conſulta
tionem decernunt id quod optimum
viſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

viſum fuerit;neque odio tunc,aut amicitia, aliave animi perturbatione à virtute deduci poſſunt, quum nullius privati cauſa agatur in legibus conſtituendis,quemadmodum in forenſibus judiciis ſemper accidit. Poſt vero leges ſancitas, ſi quis contra eas feciſſe deprehendatur,iſque pœnas dederit, quas leges juſſerint, jure nullum habere odio poterit. Proindeque metuendum non erit,ne qua ſeditio aut ſimultas inter cives contrahatur, maxima & periculoſiſſima rerumpublicar. labes. Contra plerunque in judiciis hominum, ni vi legum quiſpiam plectitur,diſcordiæ inimicitięque graves proveniunt. Nam eſt prope impoſſibile quin male affecti in eum ſimus,qui nobis detrimentũ attulerit. quo fit ut neſciam, an à natura omnium parente hominũ generi majus quippiam conceſſum fuerit hac legum inventione,quę etiam jure diis immortalibus fuit ab antiquitate conſecrata. quin quod magis mirũ videatur, Ariſtoteles philoſophorũ facile princeps in eo libello, quem De mundo ad Alexandrum Macedonum Regem ſcripſit, nil aliud reperit, cui ſimilem Deum optimum faceret, præter antiquã legem in civitate recte inſtituta: ut id propemodum tam magni philophi ſententia ſit

Deus

Deus in hac rerum univerſitate, qu
antiqua lex in civili ſocietate. Ac in
bris in quibus de republica tractat,
gem inquit eſſe mentem ſine appeti
ac ſi diceret mentem puram, lucida
nullis affectuum morbis infectam.
quibus effici illud, quod ſuperius di
mus maxime opportunum atq; op
mũ eſſe, quilibet perſpiciat homo etia
tardioris ingenii, ut ſcilicet divini
quippiam homine cœtus hominũ m
deretur ac regat. Quod ſi huic gub
nationis muneri pręficiatur homo, q
rari admodũ ſint & prudentia & pr
bitate præditi, hique plerunq; ob af
ctuum animi vim cum in judican
errent, tum maxime à recta animi ſe
tentia dimoveantur, non ſine turb
tione magna ingentique periculo
proceſſura ſit. quod etiamſi fieri poſſ
ut hominũ inveniremus, adeo ſapie
tem atque probum, atque adeo prop
ſiti tenacem, ut nulla animi perturb
tione ab officio revocaretur: utiq; h
conditione minime optandus eſſet p
legum principatu hominis dominatu
qui mortali fragilique natura præd
tus, diutius eo munere fungi nequire
quum leges æternitatem (ut ita dix
rim) æquare poſſint. Ex his jam perſu
ſum eſſe reor, ſummam imperii con
mendan

mendandam eſſe legibus non homini: quam pauciſſima vero, quando legibus comprehendi non poſſunt, hominis arbitrio permittenda. Verũ neceſſe eſt, ut cuſtos quiſpiam ac veluti vicarius & miniſter legibus conſtituatur, qui pro legis imperio rempublicam regat, & quoniam neque legibus comprehendi quæcunque poſſunt, quæ in judicium veniunt, tum quę conſultanda ſunt, arbiter ſit hujuſmodi omnium. Rurſuſq; eadem cõtroverſia redit, quæ ex legum ſanctione ſoluta eſſe alicui videri potuiſſet: an ſcilicet unus melius, an pauci, an potius multitudo tuendis legibꝰ, & his dijudicandis ad quæ ſatis eſſe leges non poſſunt, præferenda ſit. At quamvis multorũ ſententia regius dominatus aliis habeatur præſtãtior, crediderim tamẽ ego, tametſi unius principatus, qui vere regiam dignitatem ac jure merito vendicaret ſibi, ſi res per ſe conſideretur, optimus omnium eſt: nihilominus propter ſæpius in deteriorem partem labile ingenium hominis ac vitę brevitatem, optimum omnium ſtatũ minime eſſe ſub regio principatu, ſed multitudinis gubernationem civili ſocietati magis convenire: quod experientia rerum omnium magiſtra luculenter docet. Nam nullum regium

princi-

principatum apud veteres extitiſſe un
quam legimus, neque noſtra tempeſta
conſpeximus, qui non brevi in tyran
nidem lapſus ſit. Contra plurimas re
publicas multis ſeculis perduraſſe ac pa
ce & bello floruiſſe. At quidem mult
tudo omnis gubernationi per ſe inepr
eſt, niſi in unum quodammodo coa
leſcat: quandoquidem neque multitu
do ulla eſſe queat, niſi unitate aliqu
contineatur. Qua de re civilis quoq; ſo
cietas diſſipabitur, quę unitate quadam
conſtat, niſi quapiam ratione multitu
do unum efficiatur. Quo fit ut præcla
ri philoſophi, qui de reipublicæ inſtitu
tione præclare accurateque ſcripſerunt
temperandam rempublicam cenſean
ex optimatium & populari ſtatu, eo ad
hibito temperamento, ut incommod
utriuſq; gubernationis vitentur, com
moda vero comparentur. Quocirca
rempublicam Lacedæmoniorum ſum
mopere laudant, in qua reges & Ephor
effecerint mixtionem quandam, ut be
ne dignoſci nequeat, ſub quanã guber-
nationis ſpecie fuerit ea Reſpublica col
locanda. Id tamen reprehendunt, quod
duntaxat ad belli munera inſtituta fue-
rit, nulla interim habita ratione offi-
ciorũ pacis, atque ocii: indeque effectũ
eſſe ut quamprimum in ocio eſſe cœpe-

runt,

runt, reſpublica illa inſignis in deterius
abi cœperit: quod etiam Romanis ac-
cidiſſe eadem prope cauſa compertum
eſt, nec eventurum latuit præcipuos
Romanos Senatores. ex quibus Naſica
cenſuit, Carthaginem, tametſi Romani
nominis æmulam, quin potius inimi-
cam ſempiternam, minime diruendam
eſſe: ut ſemper Romanus hoſtem habe-
ret, cum quo agendum armis eſſet: ne
inimico atq; ęmulo ſublato, ea Reſpubli-
ca inſtituta ad bellum juventuſque in
armis educata in ſeſe arma converte-
ret. Quod Naſicæ conſilium, quamvis à
Senatu tunc repudiatum fuerit contra-
que ejus ſententiam decretum, rerum
tamen ipſarum eventus prudentiſſi-
mum fuiſſe oſtendit. nam everſa Car-
thagine continuo fere bella civilia ex-
arſere, quibus tandem florentiſſima ac
potentiſſima omnium quæ unquam
fuerunt reſpubl. concidit, ac demum in
Barbarorum prædam ceſſit opulentiſſi-
ma, ſeu potius rerum domina civitas.
Sed ut aliquando ad inſtitutum opus
veniamus, majores noſtri qui Venetam
rempublicā inſtituerunt, mira quadam
ſapientia atq; egregia probitate præditi
extitere, à quibus nihil prætermiſſum
ſit, quod facere videri potuerit ad re-
ctā reipublicæ inſtitutionem. Primum
namque

namque ad uſum muneraque virtu
inſtituêre omnem vitam functione
que ſuorum civium, ſemperque iis fu
potiora ſtudia pacis quam belli. E
eam curam incubuere, ne qua ratio
concordia civilis ſolvi poſſet, non
glectis interea officiis bellicis, his in
quæ noſtræ civitati maxime conve
rent. nam is eſt urbis ſitus, qui va
idoneus ſit maritimæ millitiæ, terre
vero ſatis ineptus. Neque enim huic
bi aliquo pacto accommodari queu
aut equitum turmæ, aut peditum ac
ut ex his quæ ſupra de urbis ſitu à no
accurate deſcripto diximus, perſpi
coniici poteſt. Enimvero hac in re te
periem adhibuêre, eamque mixtion
omnium ſtatuum, qui recti ſunt, ut h
una reſpublica, & regium principat
& optimatium gubernationem, &
vile item regimen referat: adeo u
mnium formas pari quodã librame
commiſcuiſſe videantur, quod clare
operis proceſſu liquebit. Verum ut t
dem reipublicæ Venetæ inſtitution
aggrediamur, illi, apud quos ſumma
totius civitatis authoritas, & ex cu
decretis ac legibus pendet, tum ſena
tum etiam omnium magiſtratuũ
thoritas, conſilium illud eſt, in quo
biles cives omnes conveniunt, qui
no

num xxv, exceſſere, aut plerique alii qui nondum id ætatis habent quum tamen annum xx. peregerint, quod jus ſortis beneficio adipiſcuntur: de cujus rei univerſa ratione inferius dicemus. Nunc à nobis ejus ratio eſt explicanda, probe à majoribus noſtris cautũ fuiſſe, ne plebs admitteretur ad conventum hunc civium, in quo eſt ſumma poteſtas reipublicæ. Deinde non minore prudentia factam fuiſſe civium hanc definitionem generis nobilitate potius quam facultatum cenſu, quemadmodũ fieri conſueverat in priſcis rebuſpublicis, uti pleriq; veteres philoſophi præcipiunt eſſe faciendum. Civitas namq; civium ſocietas eſt: nec tamen omnes ii homines, quibus indiget civitas, aut qui intra mœnia urbis habitant, ſunt habendi pro civibus, neque jure in civium numero ſunt collocandi. Opificibus enim cuilibet civitati eſt opus, necnon mercenariis plurimis, ac privatis demum ſervis, qui operam locant: at nullus horum civis vere dici poteſt. nã civis liber eſt homo: hi vero omnes ſervitutem ſerviunt, vel privatam, vel publicam. Mercenarii namque & opifices omnes veluti ſervi publici haberi debent. Etenim non diſſimili modo à natura conſtitutum fuiſſe animal

 putan-

putandum eſt, ac civitatem ab hom
nibus conſtitui oportere. In animan
vero multæ ſunt partes, quæ anima
non ſunt, illis tamen indiget anim
ut vivat: ſic in civium cœtu multis h
minibus eſt opus, qui tamen minir
partes civitatis aut eſſe aut haberi d
beant, nec in civium numero colloc
ri. Quamobrem ſapienter à majorib
noſtris cautum eſt, ne univerſus pop
lus ſummam poteſtatem habeat in h
republica, quam longe optimam v
luerunt. Summa namque turbatio p
pulareſque tumultus frequenter co
citantur in illis civitatibus, in quib
ſumma rerum eſt apud populum: qu
etiam à quibuſdam rebuſpublicis c
ſervatum fuiſſe legimus, & à nonnu
philoſophis præceptum. hoc tam
recte ſe poſſe aſſequi arbitrati ſunt,
jus hoc adminiſtrandæ reipub. defi
retur cenſu atque copia rei familia
verum in maximas difficultates r
mediocria incommoda incidere. na
frequenter evenit, ut infimæ plebis h
mines comparent ſibi ingentes facul
tes: quippe qui plerunq; ſordidis ar
bus ac officiis minime liberalibus da
operam, augendæ rei cauſa, neque n
quam ſibi parcunt, quin potius geni
fraudant, ut opes accumulent. Con
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ingenui cives ac liberaliter educati pauperes fiunt, ſeu adverſa fortuna (ut frequenter accidit) ſeu quod liberalibus ſtudiis addicti univerſam hanc augendæ rei familiaris operam negligunt. qua ratione fit, ut ſordidi homines, qui nil aliud ſapiunt quam lucrum, bonarum vero artium expertes ſunt, paulatim rempublicam capeſſant: ingenui vero ac liberaliter educati opibus ſenſim deficientibus à jure civium decidant. Inde maximas ſeditiones oriri ac rempublicam turbari neceſſum eſt. Ideo majores noſtri ſapientiſſimi homines ne ſua rèſpublica quandoque in has calamitates incideret, hanc definitionem publici juris, generis nobilitate longe melius fieri cenſuerunt, quam magnitudine cenſus: ea tamen temperatione, ne tantum ſupremæ nobilitatis viri hoc jus haberent (illud enim paucorum potentiæ fuiſſet, non reipublicæ) ſed etiam quicunque alii cives non ignobiles. Itaque omnes qui aut genere nobiles extitere, aut virtute inſignes, aut de republica bene meriti, principio hoc jus civitatis regendæ adepti ſunt. Quod ſi poſt eum primum conventum aliqui extiterint, qui tum opibus, tum ſtrenuis geſtis rempublicam auxerint, nimirum illis omnibus

jus adminiſtrandæ reipubl. conceſſum fuit, quod & temporibus noſtris vidimus. nam nonnulli etiam advenæ externique homines in hunc numerum civium aſciti ſunt, vel ob eam cauſam quod nobiliſſimi, vel quod officioſi erga rempublicam fuerint, eamq; inſign quopiam facinore honeſtarint. Vniverſus ergo hic civium conventus, ſeu (ut dicitur) magnum hoc conſilium pene quod ſummum totius reipublicæ jus eſt, à quo etiam ſenatus magiſtratuumque omnium autoritas, in republica vicem refert popularis ſtatus. Dux vero qui præfinitum imperandi tempus non habeat, ſed dum vixerit, præſideat, regiam præ ſe fert poteſtatem, præſertim cum regiam ſpeciem habeat, ac gravitatem dignitatemque regis ſervet. Reliqui vero cives regia veneratione ducem proſequuntur, omniaque decreta & leges, tum etiam publicæ literæ, ſub ducis nomine prodeunt. At ſenatus, decem-viri, ſeniorumque ſeu præconſultorum collegium, qui apud nos vulgo ſapientes ſolent dici, eorum inquam qui præconſulunt, ac de republica ad Senatum referunt, oſtendunt quandam optimatium ſpeciem. Quæ cum ſint præcipuæ reipublicæ hujus partes, antequam ad inferiores magiſtratus

deve-

deveniamus, de iis primo ſigillatim dicendũ eſt. Majus ergo conſilium eſt, à quo univerſa pendet reſpublica. Omnes ordinis patricii juvenes, qui XX. annum exegere, ad magiſtratum, qui vulgo Advocatorius dicitur, accedunt: cui præcipue legum tutela demandata eſt. coram quo conſtituti cum patre, aut matre, ſi pater deceſſerit, aut proximiore generis cognato, ſi utroque parente orbati fuerint, adhibitis duobus teſtibus honeſtis viris, probant ſe natos ex eo parente, quem patrem profitentur, non ſpurios, ſed matrimonio, legibus, & ex matre honeſta muliere natos. Teſtes vero in hæc verba jurant, ſibi id compertum eſſe ex omnium quos novere atteſtatione, atque ex omnium aſſenſu. Deinde pater ſeu mater vel conſanguineus genere proximus, ſi fuerit is juvenis utroq; parente orbatus, jurejurando aſſerit adoleſcentem XX annos exceſſiſſe.

*Eadem plenius & planius explicantur in hunc modum.*

ACcedere poſſunt ad hoc Patricii juvenes annos viginti nati, certis tamen & conſtitutis quibuſdam legibus ſervatis. Deferri enim oportet ac ſignificari Trium-viris, quos Advoca-

tores vocant, nuptias legitimas parei
tum intra menſem, poſteaquam tr
ducta uxor fuerit; quod ſi conting
unum aliquem ex Trium-viris eſſe af
nem, aut agnatum, ejus in locum
eam cauſam cognoſcendam ſufficit
Conſiliarius ex ſuperioribus. Sponſu
jurare oportet, & matrimonium leg
timum eſſe contractum, & eam fœm
nam quam ipſe duxerit eſſe honeſtan
nullaque inſignem nota. Conjura
item oportet quatuor teſtes, qui nupt
præſentes affuerint, quibuſque mul
ris ſtatus ſit cognitus, cujus nomen
parentes debent profiteri: quo poſſi
eæ nuptiæ (quod attinet ad nobilit
tem) reiici, quæ cum fœminæ impud
cæ, aut ſervilis abjectæve alias con
tionis conſtitiſſent. Deferri quoque,
in publicis deſcribi opus eſt natale
diem, ſtatim atque editus puer in
cem fuerit, aut certe intra proximu
menſem, coram Trium-viris, nemi
eorum abſente; alioqui irrita dela
cenſeatur explicandi utrumq; infan
nomen, ejuſque parentis utriuſque.
hæc duo, qui ſanguinis neceſſitud
infantem proxime attingant, ſac
mento verba ſancientes teſtari cog
tur infantem integris natalibus e
idque omnium opinione approb
ſi-

ſibique matris ejus pudicitiam optime cognitam. Quorum quidem natalium atteſtationes non poſſunt publicis monumentis conſignari, niſi præſtituto tempore, matrimonium prius Trium-viris innotuerit. Quod ne forte aliquando negligatur, proferuntur prius matrimoniorum catalogi, nec, niſi agnita quo de agitur matrimonii delatione, infantis natalia deſcribuntur: Series autem utriuſque delationis, hoc eſt nuptiarum inter parentes, ortuſque liberorum, ſubſcriptione Trium-virorum, qui de eis cognoverunt intra dies quindecim roborari debet cum præſcriptione diei & anni, quo eas muniri contigerit. Hujuſmodi porro acta à nullis tabellionibus aut notariis, præterquam à duobus, quos Primarios appellant, ſcribi poſſunt; quod ſi ſcribantur, abrogata fide, irrita & nulla pronuntiantur, quibus omnibus ad amuſſim obſervatis pater candidati, ſi vivus eſt, alioqui mater, aut duo ex conjunctiſſimis ſiſtunt juvenẽ coram Trium-viris, poſcentes, ut inter magni Conſilii proceres cooptetur. Primarius deinde intenta voce legit juvenis ortum, ejuſq; parentum matrimonium, temporibus à lege ſtatutis, profeſſum atq; delatum, tùm ad Trium-viros conver-

ſus; Illuſtriſſimi Patres, inquit, Pate
aut Mater, aut cognati proximi ſiſtu
vobis hunc nobilem juvenem (illu
digito oſtendent) & juris-jurandi re
gione affirmabunt illũ ipſum eſſe cuj
modo natalis dies à me vobis pronu
tiatus eſt, idque: abſque fuco & frau
dolove malo. Quæ cum rite à ſcrib
primario Magiſtratus illius in codice
fuerint relata diem quartam menſ
Decembris aperiuntur: eademque d
omnium horũ adoleſcentum nomin
qui nondum ſortis beneficio jus civ
adepti ſunt, & xx annum exceſſerun
in urnam committuntur, & ad princ
pem deferuntur: ibique coram conſi
liariis conſtituitur. Penes quam eſt &
altera, in qua tot ſunt pilulæ ſeu globu
li, quot nomina in priori fuerint ſui
quæque notata ſyngraphis. Pilularun
quinta pars aurea eſt, reliquæ omne
argenteæ. Extrahit princeps ex prior
urna nomen, mox & ex altera pilu
lam: quæ ſi aurea fuerit, juvenis i
cujus nomen exierat, confeſtim publi
cæ poteſtatis jus habet, & in maju
conſilium admittitur: ſin argentea
ſorte decidit, ac inſequentis anni ſor-
tem operitur, niſi eo temporis ſpacio
xxv annum exegerit. nam quicunque
patricius ad id ætatis pervenerit, con-
tinuo

tinuo jus habet civis, publicæque poteſtatis eſt particeps. Hac igitur ratione quinta pars Candidatorum juvenum quoquo anno recipitur ad jus ſuffragii ferendi cum aliis civibus. Quod ſi accidat ut cujuſpiam patricii pater, atque avus, vel propterea quod abſentes fuerint, vel ob aliam cauſam nunquã hoc jure ſuffragii ferendi ſint uſi, eorumq; nomina nunquam fuerint relata in publicos codices, in quibus patriciorũ omnium nomina ſunt deſcripta: ne qua fraus confici poſſet, neve quiſpiam degener furtim obrepat in hunc nobilitatis cœtum: noluerunt arbitrio tantum Advocatorii magiſtratus eam rem conſtitui ac decerni: ſed lege cautũ eſt, ut hi referentibus Advocatoribus ad XL-viros agnitionem patritiam probent, atq; teſtibus & ſcripturis publicis: ſicque cauſa cognita diſceptantibus XL-viris decernitur, an ad ordinem patricium admittendus ſit. Ne autem quiſpiam impune tentare hujuſmodi judicium audeat, itidem quicunque referre de nobilitate ſua voluerit ad eos judices, prius ad magiſtratum deferat quingentos aureos: qui in ærarium referuntur, ſi ille deciderit à cauſa. Ea fuit majorũ noſtrorũ diligentia, ne qua labe nobilium hic cœtus inficeretur. qua de



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cauſa etiam illi cives, qui vigeſimu
quintum annũ exceſſerunt, non pri
adipiſcuntur jus ſuffragii ferendi, qua
coram Advocatoribus conſtituti jur
jurando patris ſeu matris aut pro
mioris conſanguinei probaverint, ſe
id ætatis adveniſſe, ac duobus item t
ſtibus, ſe ex eo patricio genitos que
parentem profitentur, non ſpurios n
matre pudenda. Poſtquam omnis ſe
ratio à nobis expoſita eſt, qua civib
ad jus publicæ poteſtatis aditus fiat,
lud animadvertendum exiſtimo, maj
res noſtros ſenſiſſe plurimum ad an
citiam & unionem civium concilia
dam & conſervandam conferre, ſi ſ
pius in unum convenirent: quare vet
conſuetudine inolevit mos ille, ut oc
vo fere quolibet die, interdum etia
frequentius, conſilium magnum cog
retur. Hujus præcipuum munus eſt,
omnes magiſtratus creet, tum eos, q
in urbe jus dicunt & aliis reipubli
muneribus funguntur, Senatum quo
& Decem-viros, tum etiam prætor
præfectos, quæſtoreſque oppidorum
atq; urbium quæ in ſocietatem Ven
imperii ſunt aſcitæ, nec non cuſtod
arcium, claſſis imperatorem, legato
item claſſis triremium præſides, ac d
mum (ut uno complectar verbo) quo
cunq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cunque qui domi vel foris jus habeant publicæ poteſtatis. Leges item omnes quæ ad conſtitutionem reipublicæ pertinent, hujus conſilii authoritate ſanciuntur. quod præcipue fieri conſuevit tempore interregni, cum ſcilicet mortuo duce nondum alius ei ſuffectus ſit. ſed inferius de interregno. Nunc omnis comitiorum habendorum ratio à nobis exponetur. Circa meridiem, quibuſque fere diebus feſtis conſilium hoc agitur, ſub amplo ſpatioſoque tecto, quod liceat appellare comitium. in eo decem ſunt ſedilia longiſſima, utpote quæ longitudinem comitii pene æquent. cives omnes, ut quiſq; eo loci pervenerit, ſeſſum eunt, ut cuique libuerit. nulli namque ſtatutus eſt locus, præterquam quibuſdam magiſtratibus, qui comitiis præſunt. ii vero ſunt dux, conſiliarii, & XL-virorum præſides tres, qui in clariori ſuggeſtu ſedent, atque ſoli jus habent referendi ad magnum conſilium. Poſt hos in mediis ferè ſubſelliis, quæ paulo elatiora ſunt ad parietes comitii poſita, certis ſtatutiſque ſedibus, Advocatores ſedent, treſque decem-virum præſides, ac demum longiſſime à ſuggeſtu Ducis ſunt ſubſellia Auditorum, veterum ac recentium. de quibus omnibus magi-
ſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſtratibus à nobis infra dicetur. cæt
vero cives omnes (ut dicebam) pr
miſcue pro animi arbitrio ſedent. ſ
tuta deinde hora fores comitii claud
tur, feruntur q; claves & ad ſuggeſtu
principis, & ad ejus pedes locãtur. tu
ſcriba primus, qui honos eſt non pat
ciorum, maximæ tamen dignitatis,
ſurgit, atque elatiore loco conſtituc
voce magna pronunciat magiſtratu
quibus ſunt eo die habenda comit
pronunciatis magiſtratibus, contin
ex eo loco confert ſe ad ſuggeſtum
quo eſt princeps, altaq; voce citat m
giſtratus, præſides comitiorum qu
ſupra memoravimus, ut ad principe
& conſiliarios accedant. juſſi confeſti
accedunt, ibiq; jurejurando interpoſi
pollicentur operam ſe daturos ut leg
comitiorũ ſerventur, non pronunci
turos civẽ eum, qui contra decreta al
quid egerit, ſed pœna legibus conſtitu
ta punituros. His peractis ad ſua quiſ
loca revertitur, præter unum ex Advo
catoribus, ac unũ ex præfectis Decem
virûm, qui ad extremam partem atr
ſe conferunt adverſam principis ſugge
ſto, ibique deſtinatis ſedibus conſident
reliqui vero Advocatores in dextro la
tere comitii, duo vero reliqui Decem
virûm pręſides ſiniſtro latere è region

Advo

Advocatorum ſe item locant. Conſi-
mili ratione veteres & recentes extre-
mo loco comitii, quem dicimus longiſ-
ſime diſtare à ſuggeſtu principis, oppo-
ſitis lateribus cōſident, dextro inquam
& ſiniſtro : ut hujuſmodi magiſtra-
tuum univerſo civium conſilio omni
ex parte oppoſiti cuſtodes eſſe videan-
tur, ne quis impune quippiam agere
poſſit, contra leges & comitiorum de-
creta. Magiſtratibus hunc in modum
diſpoſitis tres urnæ juxta principis ſug-
geſtum ſarciuntur, in quibus condun-
tur globuli aurei argenteique hocque
modo diſpoſitæ, ut in medio ſuggeſtu
una, ex utroque latere itidem una, in
quarum utraque XXX tantum ſunt glo-
buli aurei, innumeri vero argentei. aſt
in media urna LX tantum globuli con-
duntur, quorum triginta ſex aurei, ar-
gentei vero viginti quatuor : ſuntque
aurei omnes globuli, certis literarum
notis inſcripti, quas ſingulis comitiis
ſorte educunt, ne qua poſſet ſubeſſe
fraus. Locatis urnis tres conſiliarii ju-
niores præ cæteris è ſuis ſedibus ſurgūt,
ac ad extremam partē ſuggeſtus juxta
tres urnas ſeſſum eunt, ea ratione ut
ſinguli ſingulis conſiliariis aſſideant. iis
ita actis & diſpoſitis ſortes ducūtur, ac
is ordo civium, cujus ſors exierit, con-
ſurgit

ſurgit ex utroque comitii latere. P
atrium namque quod longum eſt, d
cem ſunt ſedilium ordines diſpoſiti,
quibus pro cujuſque arbitrio conſid
cives ſupra diximus, unaque tantu
ſors duobus ordinibus inſervit, his ſ
licet qui ex utroque latere comitii ſ
reſpõdent. is itaq; ordo cujus ſors ex
rit, magna præconis voce citatur,&
utroque latere comitii,eo etiam ord
quo ſorti libuerit,conſurgitur,civeſ
eo quo ſederint ordine, ad eas ſe urn
conferunt, quibus juxta ſuggeſtũ pr
cipis conſtitutis conſiliarii aſſident
manu impoſita quiſque globulum u
educit. qui ſi argenteus ſit, diverſo
nere ad ſedile, unde ſurrexerat,reve
tur. at qui aureum eduxerit,confeſt
conſiliario,qui urnæ illi præeſt, con
ciendum tradit. ille diligenter not
agnoſcit. illa notæ inſcriptio ea ratio
eſt inventa, ne quiſquam afferre do
ſecum poſſit aureum, quem manu f
tim impoſitum videretur ex ur
eduxiſſe , ſicque per fraudem elec
fieret. Is ergo cui ſors aurei obtige
continuo ad mediam urnam ſe c
fert, indeque globulum extrahit. qu
argenteus fuerit, inops voti ad ſu
ordinem revertitur : ſin vero aur
fuerit,ſuggeſtum aſcendit, ac è regio



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

principis deſtinato loco ſeſſum it. Secundus qui eadem ſorte uſus fuerit, eodem etiam ſe recipit, ac item tertius: ſicque deinceps cæteri, quouſq; novem fuerint. qui optimum electorum ordinem cõplent, ac ita eo in ordine diſponuntur, ut ſolius ætatis ratio habeatur, præterea nullius rei. Hoc loco inſtitutum illud minime prætereundum eſt, illos qui ſortis beneficio electores ſunt facti, ſtatim alta voce à ſcriba pronunciari ſolere, adeo ut omnes audiant: neque amplius facultatem eſſe cuipiam ejus conſanguineo, aut affini arcta neceſſitudine cõjuncto, tentandi ſortem, qua elector fieri queat: neq; etiam pluribus quam duobus gentilibus aditus patet ad ordines electorum. quod ſumma prudentia majores noſtri inſtituêre, ut ſcilicet ad plures agnationes ac familias hoc munus eligendi perveniat, publicumq; hoc beneficium latius pateat inter cives: ſatis enim eſſe debet, ſi ex una familia ſors duobus contingat, qua publicæ authoritatis compotes efficiantur. Sed eo revertatur unde noſtra divertit oratio. Primus hic ordo electorius eveſtigio ut cõpletus fuerit, comitio egreditur, ſimulq; novem illi ſe in certum conclave recipiunt. Hic ſcriba unus à ſecretis reipublicæ adeſt:

pri-

primum electoribus nunciat ea quę legibus præſcripta ſunt, & quæ in magiſtratibus eligendis ſervari debeant. leguntur item ſenatusconſulta, quibus cavetur, ne pecunia corrupti electores, ſeu quapiam mala arte & fraude eligant, vel, ut rectius dixerim, nuncupent eos, qui competitores futuri ſunt, ac conſilii proponendi judicio diſponuntur. Deinde novem illi electores, prout cujuſque ætas fuerit, ſeniores ſcilicet, digniori loco ac patrio ſedent. nullum namq; aliud diſcrimen præterquam ætatis inter cives Veneti eſſe volunt, quod nullius ſimultatis cauſa fuerit: neq; à ſummis Philoſophis, Ariſtotele inquam in Politicis, & Zenone in Cyri Perſarum regis inſtitutione opere longe celeberrimo, eſt prætermiſſum. Electoribus eo ordine diſpoſitis, novem item globuli in urnam coniiciuntur, numeris quiſq; notati, ab uno ad novenarium. In pagina vero paululum longiore inſcripti ſunt magiſtratus, quorũ habetur comitia ſuo ordine. Maximus natu electorũ, ex urna ſortem educit. numerus ſorti inſcriptus inſpicitur, ac quotus fuerit numero deſcriptus, pronunciandi quem voluerit civem jus habet. idem contingit ſecundo, idẽ tertio, & ſic de cæteris, ut ſcilicet ducta ſorte quiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quiſque electorum privati ac proprii magiſtratus beneficio & arbitrio ſortis ſit pronuntiator effectus. Poſtmodum is, cui primi magiſtratus ſors obtigerit, eum civem pronuntiat quem voluerit. Itur in ſuffragia à novem electoribus. ſi ſex ſuffragia vel plura tulerit electus ab eo electorum ordine, in eo magiſtratu renunciatur, ac ejus nomen in pagina ea oblonga inſcribitur, in qua magiſtratus omnes, quorum habentur comitia, ſunt inſcripti. quod ſi pauciora quam ſex ſuffragia tulerit, quod rariſſime evenit, iterum alius ab eodem electore proponitur. Ad eandem ratioñ res deinde peragitur, & ſic deinceps quouſque aliquis proponatur, qui approbetur ſex electorum judicio. Idem eligendi modus in ſecundo, tertio, omnibuſque aliis ſervatur, quoad ille electorum ordo in ſingulos magiſtratus ſingulos cives elegerit. Interim vero dum hæc in conclavi aguntur, reliqui cives ordinem ſortium in comitio cœptum nõ intermittunt, ſed ad urnas ſe conferunt, prout cuiq; ordini ſors contingit: deinde globulos educunt, donec novem alii ſortem utramq; auream ex urna extraxerint. & hi complent ſecũdum electorum ordinem, qui habita (ut dictum eſt) ætatis ratione, & ipſi

in conclave deſtinatum ſeorſum ſec
dunt: quo in loco adeſt & alius ſcriba
ſecretis, qui ratione in nullo diſpari
priore, tum decreta ac ſenatuſconſult
quæ ſervanda illis ſunt, recitat palan
tum ſuo quemque loco collocat: pag
namque defert eiſdem magiſtratibu
eademque ſerie, qua prior illa, quam
conclavi primi electorum ordinis del
tam fuiſſe ſupra diximus. Itidem ſort
ab electoribus educuntur: ut quiſq
ſuam educit, à ſingulis pronuntiant
cives ſinguli in magiſtratibus quoru
comitia fiunt, prout cujuſque electo
ſors tulerit. ac eodem ferme modo p
hos tertii novem eadem ratione t
tium ordinē complentes, in privatu
quoque conclave ſecedunt, in quo e
dem ad amuſſim obſervãtur. Sic etia
quarti novem in ſuum: atque hoc p
cto explent numerum triginta ſex
vium; totidem namque fuerant glob
li aurei in urna medio ſuggeſtu con
tuta. Quamobrem ex ſexaginta civib
quibus ex primis urnis ſexaginta pil
læ aureæ contigere, triginta ſex elect
res fiunt, in quatuor claſſes diſtribu
quatuor vero & viginti, qui ex me
urna globulos argenteos eduxeru
ſpe fruſtrati rediguntur in ordinē. N
me latet, perquam arduum eſſe min
h

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

æc à veterum Romanorum uſu longe
emota literis illuſtrare, ſed potius in-
pti culpam mihi cenſeo ſubeundam,
uam parum diligentis. ideo quæcunq;
tiam minutiora, accurate ſane à nobis
nemorabuntur, adeo ut nihil amplius
tiam ab homine diligenti deſiderari
ueat. Nunc revertamur unde digreſſa
ſt oratio. Cum ergo in quolibet magi-
ratu, cujus eo die habentur comitia, à
laſſibus quatuor electorum quatuor
tem cives electi ſunt, à ſingulis inquam
nguli, niſi forte contingat unum ali-
uem à duobus aut tribus ordinibus
lectorum renunciari, quod interdum
ccidit, ſed plerunque cujuſque magi-
ratus quatuor fiunt competitores: in
onnullis tamen parvæ dignitatis ac
nferioris notæ magiſtratibus duo tan-
um fiunt competitores: duæ namque
riores electorum claſſes jus habent e-
gendi, ac pronunciandi competitores,
n illis minoribus magiſtratibus, cum
oſteriores claſſes eo jure ſunt privatæ.
Poſtquam magiſtratuum omnium cō-
etitores electi fuerint, ea quam ſupra
xpoſuimus ratione, confeſtim electo-
es dimittuntur, neq; ſuffragari ea die
uipiam poſſunt, nec etiam comitiis
ntereſſe ac ſcriba magnus, qui (ut di-
i) patricius honos non eſt, maximæ

æſtimationis, ex ſuggeſtu magna voce
pronuntiat competitores primi magi-
ſtratus: ac ſigillatim recitat, quis & à
quo electorum ordine electus ſit, nec
non quo electorum authore, & in quo
ordine unuſquiſq; competitorum ele-
ctorum fuerit. Quo mihi in loco illud
nequaquam prætereundum exiſtimo
legibus ſancitum eſſe, ut elector ille, quo
auctore quiſq; competitorum pronun-
ciatus ac electus ſit, veluti fidejuſſo
ejus habeatur: ut ſi contingat pronun-
ciatũ civem ſuperatis competitoribu
voti compotem magiſtratum eum adi-
piſci quem petebat, ac in eo magiſtrat
pecuniæ publicę quippiam averterit, a
damnatus fuerit peculatus, neç ſolven-
do ſit, is elector, quo autore pronun-
ciatus eſt, in ærarios referatur. Com-
petitoribus igitur elata voce à magno
ſcriba pronuntiatis, primi magiſtratu
continuo pronuntiati, ſi adfuerint
cum gentilibus quiſque ſuis ac maxim
neceſſariis cognatis è comitio egre-
diuntur, & in conclave deſtinatum ſ
conferunt, ibique operiuntur done
illius magiſtratus habeantur comitia.
Poſt id item magnus ſcriba omnes ad-
monet: divinis atque humanis legibu
unumquemq; teneri, ut ei ſuffragetur
qui omnium optimus ac reipublicę uti-
liſſimus

liſſimus fore videatur: deinde primum competitorem nominat, à primo ſcilicet electorum ordine electum, pro quo in ſuffragia eundum ſit. continuo juvenes tot exſurgunt, ut unicuiq; ſedilium ordini bini inſerviant. Hi urnas quaſdam manibus geſtant, miro artificio coagmentatas: exterior pars eſt viridis, interior alba, unico fornice ſuperius tectæ: in quem cum manum injeceris, liceat tibi in utrum volueris ſuffragium dimittere: cum tamen nullus, etiamſi adſit ac diligenter inſpiciat, dignoſcere queat in utram urnam ſuffragium ſive calculū jeceris. nec fabis ſuffragantur, ſed pilulis quibuſdam linteis, ne qua ratione ex ſono, quam cadentes in urnam fabæ facturę erant, dignoſci poſſit in utrā urnam calculus ſit jactus. nam majores noſtri maxime reipubl. intereſſe exiſtimavere, ſi libera judicia fierent: idcircoque ſummam operam dedere, ut ſuffragia quam occultiſſima eſſent. Iuvenes ergo illi cum ſuis quiſq; urnis invicem coagmentatis ad ſedile concedunt, ac cuiq; civium eo quo ſederunt ordine, urnas offerunt. quilibet vero civis palam oſtenſo calculo manū in fornicē imponit, ac in utram voluerit urnam eum dimittit: ſi ſuffragari velit, in interiorem albam: ſi vero refragari,

in exteriorem viridem. ſimul in uno
quoq; ſedilium hac ratione eo quo di
ximus modo in ſuffragia itur. Quo fi
ut brevi admodum temporis ſpatio a
univerſo conventu civium ſuffragat
ſit. tunc urnæ deferuntur ad ſuggeſtur
principis, ibique collecta ſuffragia ef
funduntur in duo vaſa patula: ea vide
licet quæ fuerunt in urnis albis, in va
candidum; at quæ in viridibus urni
collecta ſunt ſuffragia, itidem in virid
vas conjiciuntur. Deinde ad conſilia
rios numeranda deferuntur, inter quo
medius ſedet princeps. candidi vaſi
ſuffragia competitori faventia ab ei
conſiliariis numerantur, qui dextr
principis latere aſſident. At collecta i
vaſe viridi, quæ ſcilicet refragantur, a
his qui ad lævam principis ſederint, re
cognoſcuntur, ſcribæ publici conſilia
riis adſtant, ſtatimq; ſcriptis mandan
numerata ſuffragia. Interea dum prin
ſuffragia recenſentur, eadem ferme ra
tione pro ſecundo in ſuffragia itur, qu
à ſecunda electorũ claſſe fuerit electu
deferuntur itidem ſuffragia ad conſilia
rios numerant illi, ac numerum ſcrib
mandant in ſcriptis. ſic pro tertio a
demum pro quarto ſi tot fuerint com
petitores, ad ſuffragia itur. Numerat
ſuffragiis, is qui plurima tulerit, dum
mod

modo dimidia excedant, pronunciatur electus à magno ſcriba, quum peractis omnium magiſtratuum comitiis conſilium dimittendum eſt. Sin autem ejus magiſtratus competitorũ nullus plura ſuffragia quam dimidia omnium tulerit, præteriti hi omnes habentur, differturq; electio ad altera comitia. Poſt primi magiſtratus comitia peracta pronunciant nomina electorum in ſecundo: recedunt è concilio competitores cum gentilibus ac cognatis. At illi qui concluſi erant, primorum ſcilicet gentiles atque cognati, in comitium recedunt. Eadem ratione in nullo diſpari à priori, eodé ordine itur in ſuffragia pro ſecundi hujuſce magiſtratus competitoribus, ac item numerantur à conſiliariis, is electus habetur qui ſuffragiis alios ſuperavit, dummodo plura dimidiis ſint. ſic pro tertio, item deinceps pro quarto, hoc demum in omnibus aliis magiſtratibus ſervatur. Poſt completa comitia electorũ nomina magna voce pronunciantur à ſcriba magno, poſtea dimittitur conſilium: non tamé ultra ſolis occaſum protrahi comitia queunt. Quod ſi ea ſolis occaſus interceperit, ſtatim renunciantur, qui ad eam horam fuerint electi: eorum, qui reſtant, nulla ratio haberi poteſt. Itaq;



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

beneficio, quod eis cum ſors tum electorum claſſes attulerant, ſpe fruſtrati, minime frui queunt. fuitq; hoc ſumma ratione decretum, nam facile admodū eſſet, ſi res in noctem protraheretur, ne tam magna civium multitudo à magiſtratibus, qui comitiis præfecti ſunt, in officio contineri poſſit, quin tenebris faventibus aliquid contra leges agant. iccirco majores noſtri ſapientiſſimi viri, qui eximia prudentia & animi ſolertia omnia proſpexiſſe videntur, ſtatuêre ultra ſolis occaſum comitia protrahi non poſſe, neq; aliquo pacto lucernam ullam in atrium illud inferri, dum comitia habentur. Hæc eſt omnis comitiorum ratio, in qua minime eſt prætereundum, ita inter cives diſtribui magiſtratus, ut tamē duo ejuſdem gentis, aut etiam conſanguinei maxime neceſſarii in eodem magiſtratu eſſe non poſſint. Quemadmodum neq; iiſdem comitiis duo gentiles, aut agnati maxime neceſſarii, ſortis beneficio electores eſſe nequeunt, ut ſupra oſtendimus. quod ſumma quidem ratione ſtatutum eſt, ut ſcilicet jus publicæ poteſtatis ad plures pertineat, non autem ad paucos contrahatur neceſſarios, nam hi poteſtatem adepti facile poſſent aliquid moliri, ac rempubl. turbare: præterea

quum

quum plurimi expertes fuerint honorum, neceſſe etiam eſt, ut hi plurimi eam rempubl. oderint, ac rebus novis ſtudeant. Eam vero rempubl. diutius conſiſtere fere impoſſibile eſt, quam multi civium nolunt. adde quod proprium reipubl. eſt, publicam poteſtatẽ ad plures pertinere: idque æquiſſimum ſit, ut conſimiles intèr ſe cives ex quibꝰ reſpubl. conſtare ſolet, nõ diſpares ſint in honoribus conſequendis. paucorum vero ſtatum, quem Græci ὀλιγαρχίαν dicunt, facile conſtituunt, qui jus publicum contrahunt ad paucos neceſſarios. Quamobrem in republica Veneta ita magiſtratus inter cives diſtribuuntur, ut quoad fieri poſſit, omnes familię agnationeſq; honorum ſint participes: ea tamen ratione, ut non quivis, ſed hi tantum viri qui & probitate & prudẽtia excellunt, rempubl. adminiſtrent, ac muneribꝰ publicis fungantur. Prior illa inſtitutio populare quiddam ſapit: altera vero optimatium gubernationem. quare luce clarius intueri licet, omnes rectas gubernationes civitatum in hac una republica eſſe commiſtas. nam quamvis hoc magnum conſilium ſpeciem quandam referat popularis ſtatus, nihilominus in eo perſpicitur commixtam eſſe rationẽ optimatium



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

gubernationis cum populari. nam ſ
te eligi magiſtratus populare eſt. in
etenim ſtatu civitatis juſtum atque
quum æqualitate arithmetica metiu
tur: ac reputant, quum unuſquiſq; p
puli unus ſit civis, & liber, ac parib
paria debeantur, unumquenque ex p
pulo pari jure ac commodo frui deb
re in republica, ut magiſtratus con
qui poſſit, & quum omnes ſimul n
queant imperare, ſed per vices, exiſ
mant, æquam hanc eſſe definitione
inter cives ſorte fieri debere, ut hi i
perent, quibus ſors faverit. Contra
paucorũ potentia, quæ aberrat à rep
blica optimatium, arbitrantur æquu
cum imparibus imparia debeantur, c
vitesque ſuperent alios cives copia r
familiaris, eis quoque ſupremos hon
res deberi. In qua exiſtimatione utri
longe à vera ratione recedunt, licet v
riſimili nitantur. nam quod inquiun
paribus paria, aut imparibus impar
deberi, recte ſtatuunt. In eo vero quo
paritatem priores numero tantum, a
poſteriores imparitatem ſolum diviti
metiantur, hi nimirum utrique egr
gie falluntur. Etenim qui numero pa
res ſunt, aliqua in parte pares ſunt, no
omnino pares. Et qui divitiis impares
nõ omnino impares cenſendi ſunt, ſe
ali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

aliqua tantum ratione impares. Verum cum civilis ſocietas ad bene vivendum ſit inſtituta, virtus ſola diſcrimen hoc efficit. his ergo qui virtute præſtant, tanquam imparibus ac potioribus ſupremi etiam honores in republica debentur: æqualibus vero virtute ac civili induſtria æquales etiam honores. hic modus hæc norma optimatium eſt. Sicuti ergo populare eſt, uti ſorte in electorib9 conſtituendis: ita eſt optimatium, ut is qui virtute præſtare judicio conſilii exiſtimatus fuerit, potior habeatur, ac reliqui repulſam ferant, qui indigniores habiti ſint. Qua ex re facile perſpici reor, in hac comitiorum habendorum ratione commixtam eſſe cum populari ſpecie optimatum formam: eo tamen temperamento, ut id quod eſt optimatium, ſuperet ratioñe popularem. nam ſors in electoribus tãtum conſtituendis dominatur: cujus poteſtatis nequam etiam homines reipubl. abſque detrimento compotes eſſe queunt, parq; jus habere cum optimis civibus. at in adipiſcendis honoribus nil ſortis eſt, totũ in electione & exiſtimatione poſitum eſt. Quo in loco non omittendum cenſeo illud inſtitutum, in comitiis magiſtratuum, qui exigunt viros præcipua quadam bonitate, ac

ſoler-

ſolertia præditos, quatuor ordinib
electorum, de quibus ſupra memin
ſenatum velut quintum ordinem e
plere. nam dum ordines illi in concl
vibus ad hoc munus deſtinatis e
pronunciant, quos voluerint comp
titores, ſi fiant comitia cujuſpiam h
rum, quos dixi, magiſtratuum, cogit
ſenatus in minus atrium: ibique ur
cuiq; ſenatori licet eum quem voluer
in certis illis magiſtratibus nominar
pro quibus in ſuffragia itur. at is q
plura attulerit, pronunciatur electu
ſenatus ſcrutinio, fitque quintus con
petitor. quamobrem evidentiſſimu
eſt, præſtantiorem eſſe in noſtra repu
blica legem reipubl. optimatium,
quæ eſt popularis ſtatus. Cæterum hu
juſcemodi comitiorum modus ac ra
tio ſatis hactenus diligenter à nobis e
poſita eſt. Accedamus ad eam reipu
blicæ partem, quæ veluti in fidibus a
conſtituendam Διαπασῶν conſonan
tiam vox gravis acutæ proportione
quadam reſpòndet, ſic etiam ſpeci
quadam regia parti populari reſpon
deat, ac demum in unum concentur
optimæ reipublicæ injectis mediis ma
giſtratibus coaleſcat.

L I

## LIBER II.

NVLLVS eſt, qui ignoret Principem in urbe Veneta perſonam regis ac ſpeciem regiæ gubernationis præ ſe ferre. ideo non abſque ratione poſtquam is à nobis conventus civium eſt deſcriptus, qui populi formam habeat, etſi nõ ſatis pro rei ipſius dignitate, pro tenuitate tamen noſtra non indiligenter: nunc à nobis aggrediendum eſt, qua ratione ducti majores optimi atq; ſapientiſſimi homines principem unum reipublicæ præeſſe voluerunt: necnon etiam dicendum, quibus temporibus ac qualis fuerit hujus principis pręficiendi origo. Neminem puto latere, id quod à nobis ſæpius hoc opuſculo eſt repetendum, civitatẽ civilem quandam ſocietatem eſſe, quæ per ſe ſufficiat ad bene beateque vivendum. Omnem vero ſocietatem unitate quadam contineri, quis ambigat? contra autem diſtractione diſſolvi. Quo effectũ eſt, ut diſcordia civiliq; diſſidio, maximæ & opulentiſſimæ civitates brevi corruerint, funditusq; everſæ ſint. unitas vero cõmodo contineri non poteſt, niſi ab uno, qui multitudine civium ac univerſis magiſtratibus, quib⁹ privatæ quæ-

quædam functiones ſint demandatæ, præſit, atque multitudinem quodammodo diffluentem colligat, ac in unum conciliet. quod philoſophi ſummi ac præcipui naturæ indagatores, cum in univerſi conſtitutione, tum etiam in microcoſmo, id eſt animali, animadvertêre. Nam proſpexerunt, in hac rerũ univerſitate multos ac difformes, prout ſcilicet uniuſcujuſq; natura fert, motus ab uno, cœleſti inquam, contineri, ac diuturno: omnes etiam cauſas ab una prima omnium cauſa: demum in uno animali plurima ac longe diverſa membra, quorum functiones variæ difformeſq; ſint: una tamen anima & unico membro, corde ſcilicet, comprehendi, atque in unitatem quandam colligi: pari propemodum ratione multitudo civium ita fuerit legibus inſtituta, ut unum quempiam præſidem velit, cui bonum commune omnium ac unionis civilis conſervandæ cura præcipue incumbat, quo uniuſcujuſque civis tum privati, tũ magiſtratu fungentis actiones tanquam ad ultimũ finem & præcipuum finem referri debent: nimirum diutius non poteſt conſervari, ſed in diverſas partes diſtracta decidet. quod ut nullius civis culpa aut injuria contingat, ex ſingulorũ quidem ſedulitate

circa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

irca proprium privatumq; munus ac-
dere neceſſarium erit,quum commu-
e bonum nulli præcipue ſit deman-
atũ. Cape rei frumentariæ præfectos,
i potiſſimum in hanc curam incum-
ent,ut eorum opera magna frumenti
opia ex omnibus partibus invehatur
n urbem,ſitque tritici annona vilis. At
ıoc fortaſſe publicis vectigalibus offi-
iet. Navalis quoq; rei præſides, quod
ulcherrimum habemus, non diſſimili
atione maxime ſtudebunt, ut quam-
lurimas triremes ædificẽt, omnibuſq;
ellicis & nauticis inſtrumentis exor-
ent egregie, atque pecunias publicas
ındique coactas in eum uſum expen-
dant: ex qua forſitan ſedulitate reliqui
reditus publici, & reficiendis arcium &
oppidorum mœnibus & cuſtodibus re-
gionum ſatis eſſe non poterunt. quam-
obrem ſolutis compagibus reſpublica
diſtracta dilabitur, nõ culpa, ſed ſtudio
civium, dum quiſque perquam egregie
munus ſuum obire ſtudet. quod ſi hiſce
incommodis effici videtur, ut operæ-
precium ſit boni communis curam ali-
cui præcipue demãdare, cujus officium
nullum privatum ſit, ſed ſolum mode-
retur ac dirigat cujuſque functionem
ad commune bonum, & ad reipubl.
unionem: pluribus æque hoc negotium
com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

committi non reor è re civitatis eſſe. Etenim id quod pariter plures curant, omnes pariter negligunt (quod inquit Ariſtoteles) dum nulli præ aliis fraudi dari poteſt, ſi quid perperam agatur: ut interim omittam ſimulationem ac ſimultates, quæ inter pares plerumq; eſſe ſolēt. ſin vero unus huic rei pręficiatur, qui temporaneum hunc magiſtratum gerat, ut puta annuum aut ſemeſtrem, non autem quoad vixerit: hic nimirum bene ſecum agi putabit, ſi tantiſper reſpublica fæliciter agat, donec defunctus fuerit magiſtratu, ſecurus quid poſtmodum ſit eventurum, ac quo res caſura ſit. Quare contingit, ut male plerumque res cedat. Id quod certiſſimo experimento compertum eſſe poteſt, à pleriſque rebuſpublicis ſumpto, quæ hoc gubernationis genere noſtris temporibus uſæ ſunt. Ideo à noſtra civitate ſapientiſſime inſtitutum fuit, ut in hac republica conſtitueretur quædam ſpecies regiæ gubernationis, adeo legibus temperata, ut quovis incommodo ac periculo, quæ reipublicæ imminere poſſent, amotis, utilitate vero & commodo, quod regia gubernatio habere ſolet, accito, nihil relictum eſſe videretur, quod ſit deſiderandum, ac ſimul rempublicam liberrimam, & regem

præſi-

præſidem haberemus. Vnus ergo princeps eligitur, qui etiam habeat ducis nomen. is quoad vixerit, reipublicæ præeſt, præcipueque curam boni communis habet, quo maxime civitates contineri ſuperius à nobis efficaci ratione probatum eſſe reor. Hujus nulla eſt privata functio, nulla etiam eſt in univerſa republica cujus expers eſſe debeat. hic cum unumquemque privatum, tum etiam quoſcunque magiſtratus ita debet in officio continere, atque ea ratione moderari, ut veluti quadam harmonia omnia conſonent communi bono, atque ad unionem civilem referantur: ne qua ſcilicet functio ſive nimia ſedulitate magis quam opus ſit intenta, aut negligentia remiſſa utilitati communi officiat. hoc igitur eſt principis munus, ut tanquam in quadam reipublicæ ſpecula poſitus conſpicetur, quid unuſquiſque rerum agat, eorum præſertim qui fuerint præditi publica authoritate: ac ſi quem perſpiciat qui officio ſuo deſit, accerſitum coram univerſo collegio verbis primũ caſtiget, ac, ſi res ita tulerit, adhibitis Advocatoribus, ſeu Decem-virûm præfectis, mandet culpam ejus dignoſci, ac de conſilii ſententia puniri. Ipſe quoque dux ſi velit, cum Advocatoris tum

præfecti Decem-virûm authoritate uti poteſt, atque de cujuſque crimine & de mulcta infligenda ad cõſilium referre. Id quo more fieri ſoleat, infra docebimus, quum de judiciis criminum agemus. Eam enim princeps obtinet poteſtatem, ut in quovis civium collegio ſeſe adjungere collegam magiſtratui præſidi, parque cum aliis præfectis jus habeat: ut hac potiſſimum ratione omnibus conſulere queat. verum poteſtas hæc adeo eſt legibus contracta, ut nihil ſolus poſſit, aliis magiſtratib⁹ adjunctis non amplius authoritatis obtineat, quam quivis unus eorum, qui eo magiſtratu funguntur. Quinetiam magiſtratuum jus adeo modicum eſt, ut nullus tametſi ſummus quicquam ſtatuere poſſit, quod alicujus momenti haberi debeat, niſi de conſilii ſententia, ſed de his ſuo loco luculenter dicetur. In quovis præterea conſilio princeps tanquam illorum unus unius tantum ſuffragii jus habet. in magno item conſilio in conventu omnium civium dum comitia magiſtratuum fiunt, neque gentili, neque conſanguineo competitori ſuffragari poteſt, verum eodem pariq; jure cum omnibus utitur. Ex his igitur puto quemcunque facile intellecturum, Venetorum principi
omnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

omnem ademptam eſſe facultatem principatu abutendi, & pro tyranno ſe gerendi. Quæ res diuturna, quin potius vetuſtiſſima conſuetudine, vel à primis originibus urbis ad hæc uſque tempora perducta adeo inolevit, ac confirmata eſt, ut nihil minus urbi Venetæ timendum ſit, quam principem reipublicæ libertati ullum unquam negocium faceſſere poſſe. Verum enimvero cum maximos labores ac ingentem ſollicitudinem animi abſque mercede ulla univerſi rejecturi eſſent, poteſtatis diſpendium principi repenſum eſt adhibitis honore, dignitate, ac ſpecie regia. Nam ornatus corporis regius eſt, purpurea enim veſte, aut aurea ſemper utitur. Capite geſtat velamen lineum pro regio diademate, ſupra quod geſtat capitium purpureum limbo aureo ornatum, cujus pars quę occiput tegit, in cornu formam aſſurgit, ſedem in ſuggeſtu habet veluti regiam, omnes cives cum privati tum magiſtratum gerentes detecto capite ac ſtantes ſedentem principem alloquuntur: honoris id hac tempeſtate præcipuum ſignum. Nulli princeps aſſurgit. Cunctæ epiſtolæ reipublicæ ſub nomine ipſius prodeunt obſignanturque. Orator quiſquis, prætor, præfectus, aut quilibet alius

qui ad ſenatũ ſcribere voluerit literas, ad principem deſtinat: decretorum, legum, ac ſenatusconſultorum promulgationes nomine principis fiunt. Nummi omnes tam aurei quam argentei cũ nomine ac figura principis excudũtur. Tandem ut paucis abſolvam, ubique regis ſpeciem intueri poſſis, poteſtatem vero nuſquam; ſapientiſſime & hoc quidem in republica Veneta, ut cætera omnia, conſtitutum fuiſſe, nullus ſanæ mẽtis inficiari auſit. Nam hac honoris mercede laborioſum alioquin principis munus rependêre, quod ſolum virtutis præmium eſſe vulgus prædicat, & ſummi philoſophi prodidêre. Ex quibus Ariſtoteles in Ethicis inquit: Quum hi qui recte & ſancte magiſtratũ gerant, non ſuæ ſed aliorũ utilitati conſulant, nulla alia ratione æquum eis præmium tribui poſſe, præterquã ut honore alios antecellant. Præterea magnopere facit hujuſce principis dignitas, ut quicunq; civis & caſtigationem ejus maxime vereatur, & injuncta munera majori ſedulitate perficiat. Adjuncti ſunt principi ſex conſiliarii, ex ſenis tribubus in quas diviſa eſt univerſa civitas, delecti, ex ſingulis ſcilicet ſinguli. hi octimeſtrẽ magiſtratũ gerunt, perpetuoq; principi aſſident, omnia cum principe audiunt,

nullæ literæ publicę exeunt, niſi ex ſententia quatuor conſiliariorũ, qui etiam nomina ſua literis aſcribunt: non his tamẽ quæ prodeunt, ſed illis quas ſcribę reipublicæ primum ſcripſerunt, atque poſt exempla edita ſervant. In qua quidem re illud haudquaquam eſt prætereundum, haſce literas, quæ non ex decreto conſilii, ſed juſſu principis & conſiliariorũ datæ ſunt ad quempiam, ut res parvi momenti & modicæ eſſe autoritatis. Illud namque ſæpius eſt nobis repetendum, omne jus omnemque poteſtatem conſiliis eſſe duntaxat attributam: nullum vero magiſtratum per ſe amplam poteſtatem obtinere. ſed de conſiliariis infra dicetur. Nunc ad principem, ſeu ducem malueris appellare, oratio redeat. Hac igitur ſpecie regia principi adfixa, cum plerumque privatæ opes ſatis futurę non eſſent ad tuendam eam dignitatem atq; ad eum locum honeſtandum, ex publico ærario conſtituta ſunt in ſingulos annos duci tria millia & quingenti aureorum nummûm. ac ne fortaſſe quiſquam paulo avarior in rem familiarem, neglecta dignitate atq; utilitate publica, eam pecunię ſummam converteret, injuncta ſunt illi munera quædam, quæ ſuis impenſis obeat, quibus & dignitati

 ipſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ipſius & reipublicæ uſui conſuleretur. quæ ſi ut pecuniis parcat, negligat, hæredibus adeo ingens pecuniæ mulcta eſt impoſita, ut dum rei familiari augendæ princeps ſtudere voluerit, & hæredibus prodeſſe, magnam ejus jacturam facturus ſit, ſi ob avaritiam dignitati ſuę defuerit: præterquam quod hæreditariam quandam ignominiam & dedecus poſteris relicturus eſt. Complures ſtipatores alit, inermes tamen, ſericis veſtibus ſemper utitur, domum habitat aulæis mirifice inſtructam, ſupellectilis argenteæ copiam habet: cæteraq; id genus, quæ principi viro conveniunt. Singulis annis quater prandium parat, ſexaginta & amplius civibus, laute atq; opipare inſtructum. qua in re pervetuſtum Lacedęmoniorum morem atq; Cretenſium (quorũ reſpubl. illuſtres fuere) moderatum tamen majores noſtri in hanc noſtram rempubl. tranſtulere. Nam cum ſummopere faceret ad benevolentiam civium conciliandam conventus civium frequens, convivia quædam publica impenſis ærarii fieri ſtatuerunt tum Lacedæmonii tum Cretenſes. ad quæ cum cives convenirent, & unuſquiſque facile quemcunque dignoſcere poterat, & neceſſitudine quadam arctiori ex conſuetudine



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ne illa communi invicẽ vinciebantur. verum cum omnes promiſcue convenirent, neceſſe erat plerunque in conviviis illis tumultus & turbationes ſuſcitari: quumq; ii quorum ea cura erat, pro ſe quiſque cives laute excipere vellet, pecuniȩ publicȩ magnam jacturam faciebant. Quapropter caſtigatione & modo adhibito vetus illud inſtitutum & ad Venetos deductum eſt, omneque id negotium principi demandatum. Quater ergo ſingulis annis cives à principe adhibentur, lautis ſane ſed non invidioſis epulis. nec unuſquiſque promiſcue accedit, ſed hi tantũ quos princeps aſciverit, præter conſiliarios & Advocatores præfectos quadraginta-virũ ac decem-virûm præſides, qui jure quodam eorum magiſtratuum ſemper conviviis principum interſunt. cæteri cives omnes invitati accedunt. Hac autem ratione quatuor hæc convivia diſtributa ſunt, ut ſeniores digniores ſque cives invitati, circa brumam die divo Stephano protomartyri dicato ſummo mane conveniant in ædes publicas, habitationi principum deſtinatas, ac ſolenni pompa domo principem deducant in ædem divi Marci: ſimulque ibi ſacris interſunt, quibus peractis ad ædes ſuas principem reducunt, ibique ſimul

epulantur. Aprili etiam menſe die Marci Euangeliſtæ, cujus numen Veneti præcipuum habent, & quem patronum ſibi aſciverunt, poſteaquã ejus reliquiæ ex Alexandria Ægypti civitate illuſtri Venetias delatæ ſunt, cives ætate & dignitate minores invitati à principe eodem more ac pompa celebratis ſacris ad principis prandium ſe conferunt. Aſcenſionis quoque feſto, quo die nundinæ Venetiis fiunt, adhibentur à principe hi, qui virilem ætatem attigerunt. Hi item ſummo mane deducunt domo ducé, ſimul conſcendunt navem quam ornatiſſime ad hos uſus conſtructam, (quam Veneti Bucentaurum vocant) æſtuariaque egreſſi cum primum liberum apertumque mare intueri licet, antiquorum Pontificum beneficio, qui hanc rempublicam pro rebus quamplurimis fortiter & egregie contra cõmunes nominis Chriſtiani hoſtes geſtis honeſtare voluerunt, princeps jacto annulo aureo in mare inquit, totidem fere verbis, ſe in ſignum veri perpetuiq; imperii eo annulo mare deſponſare. his adduntur ab urbis præſule cærimoniæ quædam, quibus peractis deſcendunt in ædem divo Nicolao dicatam, vetuſtam ſane, & quæ in littore condita eſt, quod mare ab æſtuariis diſterminat. ibi ſacra-

cra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cra myſteria celebrantur: quibus rite peractis conſcenſa rurſus navi Venetias reverſi principem domum reducunt, ſimulque convivantur. Quarto epulæ pertinent ad juvenes cives, qui duodecimo Calendas Iulias die dicata Vito & Modeſto martyribus, ſolenni pompa cum principe ad eorum templum accedunt, quod quidem templum ultra rivum magnum, qui urbem mediam dividit, eſt ſitum, qui quidem rivus jungitur ponte ſupra triremes ædificato, pro temporis ratione, ne immenſo fere circuitu iter illud conficiendum foret. Templum igitur viſunt, ſacris interſunt, ac demum à principe domum reducto lauto ſane excipiuntur convivio. Atque convivio frequenter adhibentur & ſaltatores & mimi, necnon cantores egregii, qui convivas oblectant: intermiſcentur interdum ludi nonnulli, qui mirifice capiant ſpectatores. ſic igitur vetus illud inſtitutum in Venetam rempublicam conceſſit, moderatum tamē. nam hac ratione cujuſcunque fere ordinis cives, pares tamen cū paribus ad epulas accerſuntur. ſicq; cū dignitate principis, tū etiam maxime conciliandis invicē civibus egregie conſultū eſſe videtur. Cæterū quoniam patricii ſingulo quoq; anno hiſce epulis

honeſtari non queunt, ne ullus præteritus videatur, veteri inſtituto ac lege conſtitutum eſt, ut hyeme unicuique civi, qui in majori conſilio ſuffragandi jus habeat, à principe mittãtur quinq; marinæ anates, veluti convivii quædam publici portio, quod etiam ad cõciliandos cives Duci non parum facere cenſeri poteſt. hiſce impenſis inſumitur magna pecuniæ pars, quæ ex ærario principi quotannis numeratur. Quo fit, ut etiamſi velit dux avarus, nequeat tamen ullis avaritiæ ſordibus fœdare dignitatem atque amplitudinem loci. quem tenet. Hoc loco quoniam fere omnis poteſtas atque authoritas principis eſt à nobis explicata, referre operę precium eſt, quo initio quibuſve temporibus ducis hujuſce creandi Venetiis conſilium initum fuerit: ac demum, quænam ſit ratio comitiorum in duce eligendo. A prima ſtatim urbis origine cum quique nobiliſſimi Venetæ provinciæ cives, Aquileia, Altino, Concordia, Opitergio, Patavio ac pleriſque aliis civitatibus ampliſſimis atque opulentiſſimis Hunnorum impetu everſis, qui rege Attila duce maximam Italiæ cladem attulere, in ea æſtuaria maris Adriatici cõveniſſent, in quibus poſtea Veneta urbs condita eſt, ac in vicinio-

ribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ibus locis patriæ, quam liquerant, u-
nuſquiſque ſedes ſuas poſuiſſent, ædifi-
cata fuere circiter duo & viginti oppi-
da, partim in littore eo quod interiora
æſtuaria claudit, partim in tumulis qui-
buſdam, qui ex æſtuariis eminebant. ac
primis initiis cum ea oppida neque per
ſe ſatis munita eſſent, neq; navigiorum
copia alicui oppido tanta ſuppeteret, ut
piratis ac prædonibus pro ſe quiſq; ob-
ſiſtere poſſet, optimum fore cenſuere,
ſi de omnibus in communi conſule-
rent, cum omnium eadem etiam for-
tuna eſſet: ac communi conſilio pro-
ſpicerent, cum annonæ, tritici, vini, fru-
gumq; omnium, quæ victui neceſſariæ
ſunt, tum maxime propriorum larium
ſecuritati: ne quam injuriam ſeu detri-
mentum acciperent à piratis, quibus
oppidis nondum ſatis munitis expoſiti
erant. Quamobrem cum prius unum-
quodque oppidum præfectum ac præ-
ſidé ſibi ex ſuis civibus delegiſſet, quem
tribunum vocabant, conſtitutum eſt
inter omnes, ut certis diebus tribuni hi
convenirent, ac de re communi decer-
nerent. Paulo poſt experientia compet-
tū eſt, cum nulli ex aliis præcipue cura
hæc incumberet, ac propterea multa
incommoda paterentur, commodiſſi-
mam & utiliſſimā rem omnibus fore,
ſi uni

ſi uni cuipiam præ cæteris communis boni procuratio demandaretur, quem omnes alii uti principem agnoſcerent. Itaq; decretum eſt omnium oppidorũ conſenſu, ut dux ſeu princeps unus eligeretur: huic principiò conſtituta eſt ſedes in oppido Heraclea nuncupato. ſitũ id erat in intimis æſtuariis, in inſula quadã juxta Planis fluminis oſtium, quæ noſtris temporibus alluvione fluvii continenti conjuncta eſt. Poſtmodũ vero cum locus is non ſatis idoneus videretur: nam cum in receſſu eo eſſet, ſæpenumero priuſquam mali fama eo perveniſſet, piratæ jam intra æſtuaria penetrarant, ac vel imprudentes oppidanos oppreſſerant, vel navigia diripuerant: idcirco ſtatuerunt: ſatius fore, principẽ relicta Heraclea Melamocum concedere, oppidum in medio littore ſitum, ex quo dux facile præſentire poterat, ſi quid inſidiarum à piratis ſtrueretur, ac parvo negocio adeſſe ubicunque opus fuiſſet. Demum quo tempore Pipinus cladem & ſervitutẽ elementis illis Venetæ urbis minaretur, omneſq; Rivoaltum, ex quibuſcunque oppidis conceſſiſſent, principis etiam ſedes eo loci tranſlata eſt: quo cunctis oppidanis convenientibus in eam amplitudinẽ quam cernimus Venetiæ excrevere:
ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſic igitur perpetuo quodã tenore à primis ſtatim urbis originibus unus princeps reipublicæ Venetæ præfuit. primi illi aliquò majoris authoritatis fuere. poſtea vero uſu docente paulatim inſtitutis ac legibus poteſtas principis ad hanc quam cernimus temperationem deducta fuit. Ratio vero eligendi ducis, qui priori vita functo ſucceſſurus ſit, primum quidem ſimplex fuit. nam cũ majores noſtri ſingulari quadam bonitate præditi fuerint, atque ab ambitione penitus alieni, unuſquiſque pro ſe eam ſollicitudinem recuſabat. quapropter acclamatione populi, is qui omnium optimus ac prudentiſſimus haberetur, princeps renunciabatur. Poſt prima ea tempora, aucta civitate & populo ampliore effecto, inutile fore reipublicæ viſum eſt, ſi temeritati atq; auræ populari res tam magna commiſſa eſſet. decretum itaque eſt, ut eligerentur undecim-viri omnium probatiſſimi, qui creandi ducis poteſtatem haberent. demum quum aliquantum ſimul cum imperio etiam ambitio excreviſſet. inſtituta ſunt ſingularia quædam comitia, ac perplexa quædã ducis el'gendi ratio invẽta. hanc nos ne quid incœpto operi deſit, paucis exponem⁹. Defuncto principe ac juſtis actis pie

hono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

honorificeq; conſiliarii qui interregni illius tempore ſe in ſedes publicas habitationi principis deſtinatas continuo poſt principis obitum receperunt, Magnum conſilium vocant. in eo primo poſt interitum ducis, conventu ea ratione comitiorum, quam ſupra narravimus, quinque cives creantur, qui defuncti principis res geſtas diligenter ſcrutari debeant, ac de conſilii ſententia, ſi quid ab eo contra leges ac decreta ſit factum, reſcindant. ſi à quopiam etiam munus acceperit, ac ſtatutæ pepercerit impenſæ. ea hiſce referentibus irrogatur hæredibus à conſilio mulcta quam leges juſſerint. Pecuniaria ea eſt, eaque ſumma æris de hæreditate principis publicatur, atque in ærarium refertur. Eiſdem comitiis eliguntur quinque alii cives, qui eodem momēto quo renunciati ſunt, recipiunt ſe in conclave comitio adjunctum: neque inde diſcedunt, antequam inter eos re conſultata, quid ipſis in poteſtate principis immutandum, tollendum, aut addendum videatur. Re inter eos diſcuſſa iterum cogitur conſilium, quo coacto egrediuntur illi è conclavi (nam prius non licet) ac ſuam quiſque ſententiam ad conſilium refert de principis jure: ac univerſis civibus diſceptantibus ſuffragiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

giis decernitur, id quod maxime reipublicæ uſui fore viſum fuerit. Id decretum inter leges, quas principes ſervare debeant, ſtatim conſtituta principis poteſtate reponitur. Poſtridie initur perplexa illa comitiorum ratio, quibus princeps creari ſolet. conveniunt itaq; cives omnes, qui triginta annos exceſſerint. nam juniores eaque ætate minores veteri reipublicæ inſtituto ad ea comitia non admittuntur. numerantur deinde univerſi cives, ac totidem globuli in urnam conjiciuntur, quot cives fuerint. ex his triginta ſunt aurei, cæteri omnes argentei. ea urna ſtatuitur ante ſuggeſtum comitii ubi conſiliarii reſident. aſtat urnę puerulus educendis ſortibus: ſubſellia civium vocantur. ad eam urnam accedunt omnes, eo quo ſederunt ordine. nullus autem, quod tamen in aliis comitiis fieri conſuevit, in urnam manum imponit, ſed puer qui aſtat pro ſingulo quoque globulum unum educit. Ii quibus argenteus obtigerit, ſtatim egrediuntur comitium. at is cui ſors faverit, educto aureo globulo, à ſcriba alta voce pronunciatur. Continuo ille in certum conclave recedit: ejus vero gentiles & cõſanguinei omnes arcta neceſſitudine conjuncti ex ſuo quiſque loco aſſurgit:

con-

conſidentque in partem atrii univerſi. numerantur ibidem, ac totidem globuli argentei ex urna extrahuntur: exceduntque hi ex comitio. hoc pacto triginta, quibus ſortis beneficio aureus globulus obtigerit, deliguntur ex univerſo civium cœtu. quo peracto conſilium dimittitur. Poſtquã omnes diſceſſere, triginta illi è conclavi egrediuntur, ac coram conſiliariis denuo ſortẽ ſubeunt, ac ex triginta iiſce novem quibus ſors faverit electores fiunt, cæteriſque dimiſſis in conclave ſecedunt, huic muneri deſtinatum: ibique ſoli concluduntur, nullo prorſus, nec miniſtro admiſſo: nulli copia fit eos alloquendi, neq; inde diſcedere poſſunt, priuſquam quadraginta viros elegerint: nulluſque referri poteſt ab eis electus, niſi ſex ſuffragia tulerit. quo fit, ut quatuor refragantibus nullus electus pronunciari queat, quum primũ quadraginta hoſce viros elegerint, per internuncium cuſtodem ac janitorem publicum certiores conſiliarios faciunt, ſe munus ſuum obiiſſe. eveſtigio conſiliarii, niſi hora diei fuerit valde intẽpeſtiva, conſilium magnum vocant. Poſtquam cives omnes in curiam cõvenere, profertur ſyngrapha ex conclavi, in qua nomina deſcripta ſunt civium electorũ. Ac ſcriba pri-

primus aſcenſo ſuggeſtu magna voce pronunciat quadraginta deſignatos cives, horum quiſque ſi interfuerit, cum primum audierit ſe pronũciari, à loco ubi conſederat ſurgit, & ad ſuggeſtum cõſiliariorum concedit, indeq; in conclave deſtinatum. ſin autem eorũ quiſpiam abſens fuerit, confeſtim à conſiliaro uno ac item ab uno quadragintavirûm præfecto vel per totam urbem conquiritur. Inventus ab iiſdem magiſtratibus primũ in comitium, ac deinde in conclave ad collegas deducitur, nulla interius præſtita facultate aliquem conveniendi aut alloquẽdi, ne ulla ambitioni occaſio, aut aditus in his comitiis concedatur, quæ ſanctiſſima omnium majores noſtri eſſe voluerunt. hac ratione XL deſignati improviſi conveniunt, cum primumque id faciunt, eveſtigio dimittitur cõſilium. tunc quadraginta hi egrediuntur conclave, ac in atrium comitii ampliſſimũ conſiliarios adeunt: ibique eodem ſortium modo quem ſupra retulimus, duodecim ex ipſis decernuntur: viginti & octo qui ſuperſunt ex quadragintaviris repudiatis. hi XII. viginti quinque viros eligunt, quorum quiſque neceſſe ut octo ſuffragia ferat, paucioribus namque nullus eligi poteſt. re expedita

conſiliarios per internuncium admonent. hi ſi tempeſtiva hora fuerit, conſilium cogunt, modoque in nullo à ſuperiori diſpari xxv illi improviſi coguntur ac dimiſſo conſilio eodem genere ſortis novem eliguntur, ſedecim reliqui deſcendunt. novẽ hi quadraginta quinq; creant. ſex item ſuffragiis, qui pari pacto coacto conſilio à ſcriba pronuntiantur, & in conclave coguntur. ii ſortis ejuſdem beneficio rediguntur ad undecim, qui eligunt quadraginta unũ viros ex primariis ſenatoribus. qui continuo quum pronunciati fuerint, ſecedunt in atrium deſtinatum: hique ducis deligendi facultatem obtinent. non tamen duos ejuſdem familiæ aut arcta neceſſitudine conjunctos in hanc electorũ claſſem admitti leges ſinunt, qui mos perpetuus eſt apud Venetos in omnibus magiſtratibus. tam perplexam & multiplicem comitiorum rationem majores noſtri ſapientiſſimi atque optimi homines eſſe voluerunt, ne civium multitudo omnino expers eſſet poteſtatis ducis creandi. Nam primi ordinis electores ſorte fiunt, quę omnibus civibus par eſt: poſt eum ordinem miſcuêre ſorti electionem, ita tamen ut electio ſortem antecelleret. nulli namque favere ſors poteſt, niſi judicio prio-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ris ordinis fuerit comprobatus. at in poſtremo ordine nihil ſortis eſſe ſcivērunt: non enim putavere omnes qui principem electuri eſſent, ſortium temeritati eſſe committendos. ideoque neq; multitudo omnino expers eſt hujuſce autoritatis, neque etiam omnino jus hoc tributum eſt multitudini imperitæ, apud quam plerunque inanis quædam aura plus poteſt, quam optimorũ ac ſapientiſſimorũ judicium. Præterea cum nulli certi ſint principis electores, ſed res omnis ex eorum ſententia pendeat, qui ſortis beneficio uſi ſint, nullus ambitioni eſt locus. nam fieri facile poteſt ut hi nullum jus ſint habituri, quos tu egregie ambieris. Nunc ad rem redeo. Peracta tandem ratione comitiorum, quum jam creati fuerint quadraginta unus viri principis electores, ſtatim omnes nullo interea civium ſalutato, nedum compellato conveniunt in eam curiam, in qua cogi Senatus ſolet. ibi primum omnium ſancte ac pie divina myſteria celebrantur, univerſiq; tactis altaribus jurejurandoDeo opt. ac reipublicæ pollicentur, eum ſeſe ducem electuros, quem ſanctitate, in patriam charitate, ſolertia, ac prudẽtia aliis præſtantiorem eſſe duxerint. amotis deinde ſacerdotibus ſoli in curia cõcluduntur,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

neque famulo, neq; quopiam alio miniſtro accito. tunc tres, qui cæteros ætate anteceſſerint, veluti præfecti reſident ad paratam menſam quandam ad hoc munus: ſuper qua urna quędam eſt conſtituta, ac unuſquiſq; elector notat in ſyngrapha nomen eius quem ducem pronunciat, ac notatam ſyngrapham in urnam jacit. injectis omnium ſyngraphis una educitur, quæ ſorte in manũ venerat extrahentis. lecta à pręfectis ſyngrapha, is cuius nomen exierit, ſi præſens fuerit, ut plerumq; contingit, cõtinuo egreditur curiam. tunc ſi quis eorum exiſtimaverit eum civem minus idoneum, qui tam magnam dignitatẽ ſuſtineat, aut ob quampiam aliam cauſam, non forte è republ. eum ducẽ eſſe, conſurgit: ac primo modeſte præfatus ingenue profert, quid de eo cive ſentiat, & quamobrem putet non eſſe in rem patriæ, eum ducem fieri. cum finem is fecerit, pręfecti nuncupatum adhibent: ac ſtatim à ſeniore ei omnia repetuntur, quæ ei objecta fuerint, auctore tamen ſuppreſſo. nam ſacramento antea omnes perpetuo ſe obſtrinxere ſilentio, refellit ille objecta ut libuerit. Deinde iterum recedit è curia. quod ſi prior aut alius quiſpiam novis rationibus adhuc arguere & accuſare hominẽ velit,

pote-

poteſtatem habet. novis criminationibus rurſus accerſitus ille reſpondet, ſicq; viciſſim res tractatur, donec accuſatoribus nihil amplius relictum ſit. tum demum in ſuffragia itur. ante hęc tempora, ſi is vigintiquinque ſuffragia tuliſſet, nulla amplius aliorum ratio habebatur, ſed ſtatim ille dux renunciabatur. noſtra tempeſtate in comitiis, quibus Andreas Grittus ampliſſimus ſenator creatus eſt dux, hęc ratio immutata eſt. nam licet nullus electus princeps habeatur, niſi ſuffragia vigintiquinq; tulerit, nihilominus non ſiſtunt in eo qui primus eum numerum ſuffragiorum explicaverit, ut antea fieri ſolebat: ſed progrediuntur ad alios, ut ſi quiſpiam eum numerum ſuffragiorum exceſſerit, non prior, ſed hic dux renuncietur. Poſtquam itum eſt in ſuffragia pro primo cuius nomé exierat, alia item ſyngrapha ex urna educitur, ac omnia pari procedunt paſſu, quo in priori ſervata ſunt. ſic in tertio, quarto, ac omnib⁹ deinceps. quod ſi nullus ad eam ſummam ſuffragiorum pervenerit, niſi hora diei fuerit intépeſtiva, iterũ eadem ratione comitia repetuntur. ac ut paucis res omnis expediatur, electorib⁹ inde haudquaquam exire licet, neq; ętiam ullam copiam habent conveniendi, aut allo-

quendi extraneum, donec vigintiquinque eorum in principe eligendo convenerint. quo renunciato confeſtim conſiliarii in curiam vocantur: hi omnium primi novum ducem ſalutant, ac venerantur. Poſt id fama per urbẽ vagatur, ubiq; diſcurritur, cives gaudentes conſpicias: omnes ſupplices à Deo optimo maximo petunt, ut reipublicæ felix fauſtumque id ſit; familiares ac conſanguinei Ducis in curiam properant, novo duci gratulantur. eodem temporis veſtigio nummi cuduntur, cum facie ac nomine principis: parantur omnia quibus ad pompam opus eſt. interea dux electoreſq; omnes ibidem operiuntur. inſtructis omnibus deſcendunt è curia, ædemq; divi Marci ei loco propinquam adeunt, auguſtum templum magniſque opibus ornatum: Deum optimũ maximum primo venerantur, & ſuggeſtum ex porphyritide lapide confectum omnes aſcendunt, Electorũ ſenior verba ad populũ facit, denunciat creationem novi ducis, eumque modeſte laudat. Poſt illum item dux orationem habet, ac pauca de ſe prudenter præfatus, ſervaturum ſe pollicetur omnia quębonũ principem deceant, bonoq; reipublicæ, nullius privati commodi habita ratione conſulturum: ac imprimis juſtitiam

curaturum, daturumque operam, ut æquum jus omnibus ſit. non rei familiari, non labori ulli, non denique vitæ parciturum, ſi reipub. uſui ſuis incommodis proſpici poſſit. demum Deum optimum maximũ, divum Marcum (ſub cujus numine civitas Veneta eſt) atque divos omnes precatur, ut ſibi faveant aſpirentque lęti, in tam magni muneris functione. Verba ducis univerſus populus magno plauſu excipit. Poſtquã dux peroravit, deſcendunt omnes ex eo ſuggeſtu, ducemq; ad aram maximã templi ſtatuunt: ibiq; tactis evangeliis jurejurando diis immortalibus ac reip. fidem ſuam aſtringit, ſe nil eorum omiſſurum, quæ legibus dux Venetus præſtare teneatur. His actis electores, qui eatenus cum duce perſtiterunt diſcedunt omnes: at ipſe ligneum pulpitum conſcendit, adſcito conſanguineo quopiam imprimis charo. Nautæ qui in precio habentur, pulpitum humeris attollunt, magnoq; plauſu inſidentem ducem per totum forum divi Marci deferunt. Dux vero ex pulpito pecuniam ſuo nomine excuſam jacit; ſumma nulla ſtatuta eſt, ſed penſatur rei familiaris copia, anguſtiave. ac novi ducis liberalitate jactam plebs ſtudioſe colligit. tandem circumacto foro cum ad ſcalas ædium publi-

publicarum principis ventum eſt, pulpitum ſiſtent, è quo deſcẽdit princeps. mos invaluit, ut veſtes quibus dux eſt indutus, vaſq; argenteum, in quo populo effundenda pecunia congeſta fuerat, nautis qui pulpitum humeris ſublatum geſtaverunt concedantur. Dux ſcalis aſcenſis excipitur à conſiliariis, qui ibidem operiebantur, & capitio, quod principis inſigne ſupra eſſe diximus, coronatur. hæc ſeries eſt totius pompæ. Poſtridie ſenatu in curiam coacto dux rationem habet, Deo ac patribus gratias agit, quod ad id munus evectus fuerit, ſimulque operam ſuam pollicetur nullo reipubl. commodo defuturam. eiuſmodi fere orationem habet coram univerſis civibus, primis ſtatim comitiis, quæ poſt ſe creatum ducem fiunt. Hactenus de principe ſeu duce reipubl. noſtræ dictum ſit. Illud proximũ eſt, ut de cõſiliariis pauca perſtringamus, quæ tamen ſatis exploratam facient omnẽ illius magiſtratus autoritatem. Aſſident principi conſiliarii ſex, quod ſupra quoque diximus, ſinguli inquam ex unaquaque urbis regione. in ſex etenim regiones ſive tribus diviſa eſt univerſa civitas. harum tres ſunt citra magnũ rivum, qui mediam urbẽ dividit, tres vero aliæ ultra. ex unaquaq; urbis regio-

ne

ne conſiliarius unus eligitur, ea comitiorum ratione qua omnes magiſtratus creari ſuprà abunde ſatis explicuimus. magiſtratus iſte octimeſtris: ſimulque cum principe omnium quę ad rempublicã rerum ſpectant curam habet. verum veteri admodum inſtituto univerſa comitiorum ratio conſiliariis potiſſimum incumbit. ſi qua etiam de re ad magnum conſilium referendum ſit, eiuſq; autoritate ſanciendum ſit, res tota conſiliariis referentibus decernitur, utpote qui ſoli id juris obtineant. his tamen interdum adiunguntur quadraginta-virûm præfecti, quibus tamen ſolis referendi ius non eſſet. nulli prętere a magiſtratui, dempto duce quẽ ſemper excipio, conceſſa eſt ea poteſtas. poſſunt etiam ſi eis libeat de re omni & ad ſenatum & ad decem-viros referre. Cęterum pręconſultoribus ea pręcipue cura demãdata eſt, ut & ſenatum cogant & ad ſenatum referant: quemadmodum & decem-virûm pręfectorum officium eſt & decem-viros cogendi & ad eos referendi: de quibus à nobis infrà tractabitur. At conſiliarii ampliore autoritate ſunt prędititi, utpote qui in ſena[...] par jus habeant cum præconſultoribus, & in collegio decem-virûm cum illius collegii præfectis. Octo menſibus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

duci aſſident, eoque munere funguntur, quod jam explicui. Quatuor vero menſes interſunt, quin potius præfecti ſunt quadraginta-viris quibus capitis graviores cauſæ ſunt demandatæ, eiſque decernentibus judicantur, de quibus ſuo quoque loco dicetur. Nunc poſtquam de magno conſilio quod popularem ſtatum in hac republica refert, & de principe qui regiam perſonam gerit, ſi non eleganter ſatis, tamen diligenter tractatum eſt: inſtitutum opus poſcere videtur, ut de reliquis partibus hujuſce gubernationis referamus, quæ optimatium regimen repræſentant. hujuſmodi namque gubernatio in Veneta civitate cæteris facile præſtat, quam ſequenti volumine Deo annuente integre explicabimus.

---

## *LIBER* III.

OMNIS hominum inſtitutio, ni præpoſtera futura ſit, naturam optimã rerum omnium parentem imitari debet. quæ cum ita totius mundi ordinẽ diſpoſuerit, ut res ſenſus intellectuſque expertes, ab his quę mẽte prędītę ſunt, gubernentur, ac in hominum hoc cœtu, quem civita-

civitatem appellamus, ſeniores juniori-
bus prudentia antecellant, utpote qui
neq; perturbationibus animi ita obno-
xii ſunt ut juvenes, rerumq; plurimarũ
quas in longiori vita experti ſunt peri-
tiores exiſtant: ideo, quod Ariſtoteles in
Politicis ait, in unaquaq; republica quæ
naturę ſolertiam & ſapientiam æmula-
ri voluerit, ſenes præficiendi ſunt ſum-
mæ rerum: juvenum vero officium eſſe
debet, ea facere quęcunq; juſſerint ſenes.
neque quando hoc inſtitutum maxime
ſecundũ naturam eſt, ſeniorum impe-
rium juniores detrectare poſſũt, aut ob
hanc rem ſeditionem ullam concitare,
quoniam in diſcrimine hoc quod ætas
facit, nullus invidiæ locus eſt, nullaque
querela eſſe poteſt, quandoquidem ju-
niores certo ſperent ſibi à minoribus
vicem repenſum iri. Quamobrem in
rebuſp. omnibus quæcunq; alicujus no-
minis unquam fuerunt, gubernationi
civitatis, rerumque omnium publica-
rum, ſeniorum conſilium præfectũ eſt,
quem ſenatum etiam à ſenioribus no-
minarunt. hac in parte adducerem Ro-
manorũ Athenienſium ac reipub. Car-
thaginenſium & Lacedęmoniorum nec
non plurimarum civitatum leges, ni res
notior eſſet, quam ut ullius teſtimonio
comprobari egeat. Pari igitur ratione
in

in noſtra republica inſtitutus fuit ſenatus ac decem-viri;qui in Veneta civitate, cuius rempublicã mixtam eſſe dixi ex regio,populari & optimatium ſtatu, referunt optimatium ſtatum: ac media quædam ſunt, quibus extremæ partes, ſtatus ſcilicet popularis, magnũ conſilium, ac particeps qui regis perſonam gerit,invicé vinciuntur. Sic inquit Plato in Timæo extrema elementa,terram ac ignem, mediis elementis vinciri: ſic in diapaſon conſonantia extremæ voces mediis diateſſaron ac diapente vocibus invicem nectuntur. Vt ergo cœptum iter peragamus, Senatus Venetus centũ & viginti legitimos ſenatores habet, multi tamen prȩterea magiſtratus obtinent jus ſenatorium, adeò ut noſtra tempeſtate ducẽti & viginti & amplius jus habeãt ferẽdi ſuffragium in ſenatu. Senatores legitimi ſingulis annis ab univerſo civium cœtu(quem magnum conſilium nominari ſæpius eſt repetitum) creantur. Nec tamen hic honos vacationẽ ullam habet, quemadmodũ omnes alii magiſtratus. ſed iidem ſi ita ſors tulerit,& magno conſilio libuerit, quod plerumque fit,ſingulis quibuſque annis in eo munere verſari queunt. Modus & ratio electionis ſupra à nobis expoſita eſt,cum formã omnem comi-

tiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tiorum explicaremus. Eo igitur pacto Auguſto ac Septẽbri ſingulis comitiis ſex ſenatores eliguntur, quę decies repetita ſummam ſexaginta electorum explent. ſexaginta reliqui adjuncti, ſeu adſcripti ſunt prioribus, omneſq; hi ſimul propriis quibuſdam comitiis eliguntur. Nam ad tertium Calendas Octobris cogitur ſenatus. Vnuſquiſq; ſenatorum & quivis alius, cui ſuffragii jus eſt, in ſenatu unum civẽ nuncupat. Poſtridie vero illius diei mane ad horam diei tertiam cõveniunt univerſi cives in comitiis: pręlectiſq; à ſcriba magno omnium civium nominibus, quos pridie ſenatores nominaverint, conjecta in urnam omnium nomina ſorte educuntur. At in ſuffragia pro unoquoque itur ex omnibus his ſexaginta: qui plura ſuffragia tulerunt quam cæteri. dummodo etiam dimidia exceſſerint, eo anno adſcripti ſenatui ſunt, ea tamen lege. ne plures quam duo gentiles in eorum numero ſint: ſicque tres tantum eiuſdem gentis in numero legitimorum ſenatorũ eſſe queũt, prętere a nullus. qua lege optime conſultũ fuiſſe reipubl. exiſtimari debet. nam nulla pernicioſior peſtis in rempubl. obrepſerit, quã ſi quępiã eius pars cęteris pręvaluerit. ſic namq; quoniã ęquum jus non ſervatur, impoſſibile eſt
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

eſt ſocietatem, inter cives conſiſtere: quod uſu evenire ſolet ubicunq; plura in unum conveniunt. ſic ſolvitur mixtum, ſi quodpiam elementorum, ex quibus corpus conſtat, alia ſuperaverit: ſic omnis conſonantia diſſonans fit, ſi fidem unam ſeu vocem plus intenderis quam par ſit. Non impari ratione, ſi civitatem aut rempublicam conſtare volueris, neceſſe eſt id imprimis ſervari, ne quà pars aliis efficiatur potétior, ſed omnes quoad fieri poſſit, publicæ poteſtatis participes ſint. Quocirca perquã egregie majores noſtri ſancitum eſſe voluere, perpetuum hoc jus in republ. noſtra, non tantum in ſenatu, ſed neq; in aliis magiſtratibus pluribus gentilibus locũ eſſe, quam ad ſervãdam ęqualitatem opus eſſe videatur. Nec minus prudens inſtitutio eligendi ſenatus habéda eſt, ut ſcilicet ſexaginta ſenatores more comitiorũ ſolito, ſorte inquã electioni ac judicio admixta eligerentur: ſexaginta vero adjuncti ratione diverſa, in qua ſcilicet nil eſſet ſortis. Etenim ſi in omnibus par ſorti locus eſſet, facile accidere poſſet, ut aliquando præcipuorũ civium ratio non haberetur, atq; in eligendo ſenatu prętcrirentur non ſine reipub. detrimento. Idcirco ſexaginta patres aſcriptos nulla ſorte ſingulis tamen



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

men annis eligi placuit. Senatus igitur primum ex iiſce centum ac viginti conſtat, quorũ ſexaginta proprio vocabulo ſenatores appellantur, at reliqui adjuncti, quorum comitiis integra dies conſumitur. præter hos centum & viginti legitimos ſenatores pari jure in ſenatu cum ſenatoribus vivunt (ut ducem & cõſiliarios pręteream) decem-viri, quadraginta-viri, judices capitalium cauſarũ & criminum graviorum, ſalis & annonę frumentariæ præfecti, divi Marci procuratores, multiq; pręterea magiſtratus, adeo ut noſtris tẽporibus ſumma omnium ducentos ac viginti excedat. hi jure ſenatorum funguntur, univerſa gubernãdę reipublicę ratio ad ſenatũ pertinet. quicquid ſenatus authoritate decretũ fuerit, id ſanctum & ratum habetur. eo diſceptante & decernẽte & paces fiunt & bella ſuſcipiuntur. pecunia etiam omnis reipubl. eius iuſſu exigitur & impẽditur. ſi res poſtulat, nova etiam tributa & decimę, tamẽ ex decreto ſenatus, tum imponuntur civibus, tum etiam exiguntur. ſi quando etiam contingat è republica eſſe ut novus quiſpiam magiſtratus pro tempore inſtituatur, is à ſenatu eligitur. Pręterea ſenatus quibuſcunq; tẽporibus perpetuum ius obtinuit eligendi ora-

tores,

tores, qui ad principes exteros à republica deſtinantur, necnon etiam creandi collegium eorum, qui jus habent & cogendi ſenatum & ad ipſum referẽdi. hos Ariſtoteles pręcõſultores nominat, noſtrates vero Sapientes vocant. arrogantiore vocabulo uſi: quo interdum nobis quoque utendum eſſe duximus, ne à communi loquẽdi uſu penitus abhorrere videamur. Comitia tamen hęc ſenatus, quibus & oratores & præconſultores eliguntur, minus habent ſortis, quam ea quę ſupra deſcripſi, magni ſcilicet conſilii univerſiq; civium cœtus. unuſquiſq; enim ſenatorum nominat quem voluerit, deinde pro ſingulis in ſuffragia itur: iſq; cui plura contigerint quam reliquis, dummodo dimidium totius ſummę excedant, electus renunciatur. Quod ſi quandoque neceſſitas & uſus reipubl. popoſcerit ut invito cuipiam munus aliquod publicum injungatur, unuſquiſque ſenatorum clam in ſyngrapha eius nomen notat, quem maxime idoneum duxerit; deinde in urnam ad id paratam ſchedulam eam jacit. inde à ſcriba extrahũtur, palamq; leguntur omnes, & demum pro quolibet itur in ſuffragia: iſque pronunciatur electus cui plures ſuffragati fuerint, dummodo etiam ſint plures dimidiis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Hic ſchedularũ modus inventus eſt, ne quiſpiam veritus inimicitias ſive alterius civis odium cõparare, qui maxime ei muneri fungendo aptus ſit, nolit tamen, abſtineat ab eo nominando: ſicq; privati commodi gratia reſpubl. detrimento afficiatur. Nunc is eſt à nobis recenſendus modus quo ſenatus cõſulatur, eaq; decernat & ſanciat quæ facienda ſunt: aut quonam modo ſenatuſconſulta fieri conſueverint. Non latuit majores noſtros, ſi unuſquiſque ſenator promiſcue tũ referre ad ſenatum tum ſententiam dicere poſſet, atq; hoc officium proprium nullius eſſet, magnam ſemper in ſenatu turbationem fore. Præterea ita uſu compertum eſſe, ut id quod omnes pariter curant, omnes etiam pariter negligãt. Ideo legibus noſtris ſtatutũ eſt, ut à ſenatu ſedecim cives eligãtur, quod vulgus propterea quod maxime omnium ſapere videantur, Sapientes appellat. nos Ariſtotelé imitati, eò quod præconſultant illa de quibus conſulendus eſt ſenatus, prçconſultores merito appellare poſſumus. hi jus habent & cogẽdi ſenatum, & ad ſenatũ referendi. magiſtratus hic ſemeſtris eſt. Cæterum hi Sapientes in tres ordines ſunt diſtributi, qui longiſſimo intervallo inter ſe differunt. In

primo enim ordine ſex ſunt ſenatores primarii cives, qui cum rerũ experientia tum dignitate atque æſtimatione alios facile antecellunt. his præcipue id muneris incumbit, ut de adminiſtrãda republica, de bello, de pace, atque aliis majoribus, prȩconſultent atq; ſenatum conſulant. In ſecundo autem ordine quicunq; ſunt cives, qui tametſi parem authoritatem referendi ad ſenatũ habeant de omnibus, cum illis qui ſunt primi ordinis, nihilominus ſunt dignitate atq; ȩſtimatione ſuperioribus longe inferiores. Officium horum præcipuum eſt, cura militum qui reipublicæ ſtipendio aluntur & merent ſub Veneto imperatore. Tertii quoque ordinis quinque ſunt quibus demandata eſt rei maritimæ cura, neq; præterea de quacunque re jus habent ad ſenatum referendi. hic ordo apud majores noſtros in precio habebatur, quo tẽpore apud Venetos res maritimæ florebant. Verũ re maritima diminuta, noſtrorumque ſtudiis ad continentis imperium converſis, cœpit hic quoque magiſtratus in parvo precio haberi: adeo ut ætate noſtra adoleſcentes ac primæ lanuginis homines ad eum ordinẽ eligantur. hi ergo cives ſedecim quorum conventus apud Venetos proprio vocabulo collegium

gium appellari conſuevit, ſummo mane conveniunt cum principe ac conſiliariis:primumq; ad tertiam uſque diei horã privatos homines audiunt,quib⁹ aliquid rei eſt, aut cum republica, aut cum quopiam magiſtratu: eaſq; cauſas decernunt omnes ſimul, vel ſi ita res poſcere videatur, ad ſenatũ de illis referunt.ſub tertiam diei horam omnes privati è curia dimittuntur,confeſtimque ab aliquo ſcribarum qui à ſecretis reipublicæ ſit,leguntur omnes epiſtolæ ad ſenatum miſſæ.Poſtmodum,niſi ab oratore alicujus principis, qui ad ducẽ & collegium admitti velit, aut à quopiam majoris momenti negocio,quam ut ad aliud tẽpus differri poſſit, interpelletur, ſuccedunt hi Sapientes ſive præconſultores in certum conclave conſultaturi de publicis negociis. Poſtquam conventum eſt, & conſederunt omnes,is qui pręfectus eſt(nam per vices eorum quilibet ſeptenus præ cæteris agendorum curam habet) rem proponit,de qua ſit conſilium ineundum. Deinde ſingulos ſententiam rogat, eo ſervato ordine, ut primæ claſſis cõſultores primarii cives,primi etiam ſentẽtiam rogẽtur:dicantq: poſt eos, quinq; illi quos in ſecundo ordine conſtituimus. Poſtremi,ſi res propoſita mariti-

 ma ſit,

ma ſit, ſententiam dicunt tertiæ claſſis præconſultores, quibus earum rerum cura demandata eſt. Quod ſi res propoſita ad maritimum negocium non ſpectet, hi poſtremi ſilent. in unaquaq; vero claſſe primus ſententiam dicit, qui ſeptẽ proximis diebus præfuit. Deinde maxime ſenex, deinceps alii prout ætate prȩſtiterint. Poſtremus omnium, qui alios rogat, remque deliberandam propoſuit, quiq; per eos ſeptem dies præfectus fuerit, ſententiam ſuam adfert. Re tandẽ inter ipſos prope diſcuſſa ac deliberata, ſive omnes in eandem ſententiam convenerint, ſive in duas aut tres, prout diverſa ſunt hominum ingenia, diviſi fuerint, principem & cõſiliarios conveniunt, priuſquam ſenatũ cogant. Ibique omnium ſententiæ recitantur, quibus ſi princeps aut cõſiliarius quiſpiam adhærere voluerint ſuaq; autoritate favere, aut aliam novã invenerint, re iterum inter eos tractata, tandem omnium ſententiæ ſcriptis mandantur. Id muneris eſt ſcribarum, qui ſunt à ſecretis ſenatus. ſic negociis, quæ ſenatus autoritate decernenda ſunt, conſultatis, ſenatum cogunt, coram quo primum recitantur omnes literæ, quȩ alicujus ſint momenti, quæve poſt dimiſſum proximũ ſenatum principi & prȩ-
conſul-

conſultoribus redditæ fuerint. poſtea in his rebus, quæ à collegio præconſultorum deliberatę fuerint, primum ſententiæ leguntur, ſive illę cõcordes ſint, ſive inter ſe diverſæ, eodem fere pacto quo Plato innuit apud Athenienſes rogationes populi fieri ſolitas fuiſſe. Nullus vero præter eos, quos à Venetis Sapientes vocari admonui, referendi ad ſenatum jus habet, ſuamq; ſententiam illius ordinis autoritate confirmandi & ſanciendi: ſemper ducem, cõſiliarios & quadraginta-virûm præfectos, de quibus infra dicemus, excipio. Lectis in ſenatu omnium ſentẽtiis pręfectus collegii (ſi voluerit) ſurgit. ſin minus, maxime ſenex, aut is cui dicere volenti, alii conceſſerint. elatioremq; ſuggeſtum ad id factum conſcendens verba ad ſenatum facit: rationes omnes quibus ſententiam ſuam adſtruat, diſſidenteſque refellat, in medium affert: modeſte tamen & graviter, ut ſenatorii ordinis virum decet. qui poſtquam peroraverit, ſurgit præcõſultor alius, qui à priori diſſentiat, ſuamque ipſe ſententiam confirmat, priorẽ vero confutat, aliaſque, ſi quæ ſunt præter priorem, quæ à ſua diſcrepant. ſurgit deinde tertius, ſi tot ſententiæ fuerint, eaque in medium adducit, quæ ſecum facere videntur:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

dentur: ſicq; deinceps res inter eos diſcutitur, quoad nullus eorũ ſit, qui verba facere velit: nulli namq; ſenatori locus dicendi datur, quouſq; præconſultores omnes qui id muneris ſubire voluerint, dicẽdi finem fecerint. ſed poſtquam ultro citroq; quantum libuerit, & orationibus & argumentis hi contenderint, aliis quoque ſenatoribus dicẽdi facultas datur. quod ſi ſenatorum aliquis cuipiam ex dictis ſentẽtiis contradicere, aut earum quampiam aſtruere ſive etiam novam adferre velit, dicendi copiam habet. nullus tamen ſenatorum de nova ſententia, quam ipſe invenerit, & ad ſenatum propoſuerit, jus ad ſenatum referendi habet: ſed plerunq; contingit, ſi conſilium ejus ſenatoris è republ. eſſe videatur, ut aliquis ex collegio ſive cõſiliarius ſive quadraginta-virûm præfectus de ea ſententia ad ſenatum referat. Hoc ergo pacto re bene diſcuſſa & deliberata, ſuffragiis univerſis ſenatus decernit, quamnam ſentẽtiam potiſſimum probet. non tamen pedibus in ſententiam eunt, aut recedunt, quem morem Romanos ſervaſſe memoriæ proditũ eſt, neq; palam ſententiam dicunt: ſed urnis ac ſuffragiis rem decernunt, non diſſimili ratione ab ea quam in comitiis ſervari ſupra

docui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

docuimus. Scribæ qui ſunt à ſecretis ſe-
natus, ferunt totidẽ urnas quot fuerint
ſentẽtiæ, de quibus conſulitur ſenatus:
unamq; viridem, quæ eorum ſuffragia
excipiat, qui ſentẽtias eas omnes repu-
diant. Præterea unam rubei coloris, in
quam jaciunt ſuffragia ſenatores, quibus
nondum liqueat. unuſquiſq; autem ſe-
natorum ſuffragium in ejus urnam de-
mittit cujus ſentẽtiam præ aliis proba-
verit: ſi vero omnes rejiciat, in viridem
urnam. quod ſi nondum liqueat, ac du-
bitet, urna rubea præſto eſt. Conſiliarii
ſuffragia numerãt. Id vero pro decreto
habetur, cui plures quam dimidii ſena-
tores fuerint ſuffragati. quod ſi nullius
ſententia dimidium ſummæ exceſſerit,
primum ea rejicitur, cui pauciſſimi fue-
rint aſſenſi, repetunturq; ſuffragia pro
cæteris ſententiis: eodemq; modo po-
ſtrema ſemper rejecta, controverſia ad
duas deducitur, quarũ altera neceſſe eſt
ut plura dimidiis ſuffragia ferat, in quã
ſenatusconſultum factum fuiſſe pro-
nunciatur. Re una expedita de aliis re-
fertur, niſi hora diei intempeſtiva fue-
rit, idemq; modus in aliis ſervatur. Si ve-
ro cujuſpiam principis orator ad rem-
publicam Venetam acceſſerit, à princi-
pe, cõſiliariis, univerſo collegio excipi-
tur, auditurq; ab eis. deinde cõſultandi

tempus petunt, quo demiſſo, req; à prę-
conſultoribus eo quem ſupra diximus
modo deliberata, ſenatus conſulitur.
princeps primum ſenatui narrat, quæ
petierit orator. deinde omnium qui jus
referendi ad ſenatum habent ſententię
leguntur. eadem ratione fit ſenatus-
conſultum, quo petitioni oratoris re-
ſpõdetur. quo accito legitur ei ſenatus
decretum, ſicque dimittitur. Hæc fere
ſumma eorũ quæ tum ad ſenatus-con-
ſulta tum ad univerſam rationem atq;
ordinem conſulendi ſenatum pertine-
re videantur. Nunc & temporis & loci
videtur eſſe, ea de decem-viris paucis
recenſere, quæ facere ad inſtitutũ opus
videri poſſunt. decem-virûm hoc col-
legium apud Venetos ſummæ eſt au-
thoritatis, & à quo non immerito quis
aſſerat reipubl. incolumitatem præſta-
ri: cujus origo, ut ejus magiſtratus ra-
tio omnis facilius intelligi poſſit, lon-
gius à nobis eſt repetenda. Divina qua-
dam animi prudentia majores noſtri
perſpexere, quemadmodum in corpore
humano putreſcẽte humore quopiam
innumeri ac periculoſiſſimi plerunque
morbi accidunt, qui ſæpe etiam interi-
tum adferunt: ita etiam in rebuſpubli-
cis inſurgere interdũ improbos cives,
qui negocium reipubl. faceſſant, dũ po-
tius

ius prave imperare volunt, quam legibus parere, ſive adducti ambitione ac regnãdi cupiditate, ſive ære alieno gravati, ſeu etiam ſcelerum conſcii ac metuentes ne pœnas daturi ſint: quales Romæ legimus fuiſſe, Catilinã, Syllam, Marium, ac demum Iulium Cæſarem, qui tyrannide potitus rẽpublicam penitus evertit. In Græcorũ etiam rebuſpublicis alioqui illuſtribus nonnullis ejuſmodi cives præditos extitiſſe memoriæ proditum eſt. Noſtris vero temporibus compertũ eſt omnibus, omnes fere civitates Italiæ quæ populari ſtatu aut etiam optimatium utebantur, tandem in cujuſpiam ſuorum civium tyrannidem deveniſſe. Quamobrẽ omnibus viribus majores noſtri nitendum ſtatuêre, ne pulcherrime inſtituta reſpublica optimiſq; legibus cõfirmata, à quopiam hujuſmodi monſtro vexaretur. Nil enim magis ſibi metuendũ eſſe duxerũt, quam inteſtinũ hoſtem & civium inter ſe ſimultatẽ. Cæterum cum animadvertiſsẽt, in republica Lacedæmoniorũ Ephoros ſummæ authoritatis fuiſſe, Romæq; decẽviros, qui etiam leges condiderunt: operæ precium ſe quoq; facturos crediderunt, ſi horum exemplum imitati, in diſpari tamen cauſa magiſtratum ſummæ poteſtatis

 in

in hac noſtra civitate inſtituerent, cui providendi præcipue cura eſſet, ne qua inter cives diſcordia, quæ ſeditioné faciat, oriatur: ne qua factio, aut ne quis perniciosus cives reipubl. inſidias moliatur. quod ſi quiſpiam hujuſmodi morbus malo fato in civitaté obreperet furtim, ſummá haberet authoritatem in eos animadvertendi, ac procurandi ne reſpublica quippiam detriménti patiatur: tam magna vero poteſtas, neq; pauciſſimis committi poterat ſine periculo: neque formidabilis ſi multis committeretur, futura erat. quocirca ut ab utroq; incommodo caverent, inſtituerunt hoc decem-virale collegium. annuum hi gerunt magiſtratū, eamq; vocationem habent, ut is qui vel per diem in eo magiſtratu fuerit, non tantum eo anno ſed futuro etiam jus muneris vacationem habeat, neque fas ſit de eo in comitiis decemviralibus mentioné haberi. quibus decem-viris principem quoq; & conſiliarios adjunxere, ut univerſum collegium ſummam decem & ſeptem civium expleret, quibus hæc ſumma poteſtas tributa ſit. ex decem viris, ſingulis méſibus tres dicuntur ab illis quibus ſors obtigerit, qui principes collegii ſunt, quiq; materna lingua capita decemvirûm appellari conſue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

onſueverunt: & hi jus cogēdi decemirale collegium habent, referendiq; ad llud privatū conclave habent, in quod uotidie conveniunt: privatos etiam niniſtros habēt, janitores, apparitores c ſtipatores, adeo ut nullius magiſtraus ſubſellia cum majori obſervantia ideas. adeunt vero omnes illi quibus um decem-viris negocium eſt. literas quoq; ad collegium ſcriptas legunt, & de illis ad idem referunt. ne tamen temere ſenatus ille conſulatur, unus tantum ex his principibus referēdi jus nequaquam habet, ſed duo ſint opus eſt, qui referre de eadem re velint, ſeu quatuor conſiliarii. ob eam etiam cauſam ne quid temere à pauciſſimis civibus immutari poſſit, illud inſtitutum eſt, ne ſi quippiam quod jam ſancitū ſit abrogare voluerint, decretū id haberetur, niſi duę collegii partes ſuffragatæ eſsēt. Hunc quoque morem obſervant, ne reum cum de eo judicium laturi ſint, in judicium admittant, neq; cognatum aut oratorem quempiam, qui ejus cauſam agat: quod tamen jus reis conceſſum eſt, cum apud quemcunque alium magiſtratum cauſam dixerint. Verum hujuſmodi inſtitutum in judiciis ſervant. à principibus collegii reus auditur, ejuſq; dicta omnia ſcriptis mādantur.

tur. Cum autẽ cauſa ad collegium defertur, ipſi collegii principes aliiq; judices qui interſunt, & accuſatoris & rei vicem agunt: reſq; maxima ſemper adhibita judicii ratione decernitur. Initio decem viri huic tantum rei operam impendebant, ne ſcilicet reipubl. civili concordiæ quicquam officeret. Poſtea vero graviſſima quædam crimina & enormia facinora hujuſce judicii ſeveritati ac cenſuræ commiſſa fuere, ut hi qui rei facti eſſẽt quod nummos adulterinos cudiſſent, vel quod venere maſcula uſi eſſent. ſed noſtris temporibus decẽ virûm authoritas longius ſerpſit. nam jam nõnulla maxime arcana, quę ad reipublicæ gubernationem attinẽt, ad decem viros deferuntur: licet nihil majoris ſit momenti, nil è ſentẽtia totius ſenatus decernant. ſed & jam pleræque pecuniariæ res ab ipſis adminiſtrantur. Quocirca ne in tot tamq; arduis negociis pauciſſimis jus eſſet civibus, accerſiti ſunt in hoc collegium Sapientes primi ac ſecũdi ordinis, Advocatores quoque & Procuratores ſancti Marci, qui magiſtratus ſummæ eſt venerationis: ſuntq; præter hos huic collegio quindecim ſenatores, quos adjũctos vocant, aſcripti. univerſi tamen hi jus ſuffragii non habent, ſed tantũmo-

do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

o decem & ſeptem priores, & quinde-
m his adjuncti, adeò ut omnes ſum-
nam expleant XXXIII. ſuffragantium.
æteri hoc jure etſi omnibus negociis
iter ſint privati ſunt. adjuncti quinde-
im neq; à ſenatu neq; comitiis magni
onſilii eligi ſolebant: ſed decem-viri
uos voluiſſent ſenatores, quindecim
ollegas ſibi adjũgere cõſueverant, qui
amen neq; gentiles eorum, neq; arcta
eceſſitudine conjuncti fuiſſent. Nunc
ero hi comitiis magni conſilii eligun-
ur. Maximã ex decem-virali collegio
eipubl. Venetæ utilitaté extitiſſe, ipſa
xperientia expertũ eſt. nam anno ab
inc decimo ſupra ducenteſimũ, Mar-
inus Phaletrus dux, qui tyrannidem
noliebatur magnamq; reipubl. turba-
ioné allaturus fuerat, continuo decẽ-
irûm authoritate ac prudẽtia oppreſ-
us, temeritatis ſimul & ſceleris pœnas
edit, diſceptanteq; hoc collegio capite
runcatus eſt, una cum pleriſq; nobiliſ-
imis civibus, qui cum eo in perniciem
ibertatis conſpiraverant, perpetuaque
gnominiæ nota fuit affectus. Eo enim
n loco, in quo imagines omnium
principum depictę ſunt, cum elogiis re-
um quas optime pro republ. geſſerint,
Martini Phaletri ſedes imagine vacua,
erſiculis quibuſdã inſcripta eſt, quibꝰ

legen-

legentibus ſignificatur eum ducẽ pro criminibus (ut nihil immutem) ſecuri percuſſum fuiſſe. Pernicioſiſſima certe & quæ facile perniciem & exitum rei publ. allatura fuerat conſpiratio, ni decẽviralis collegii authoritate oppreſſa fuiſſet. Nonnulli quoq; cives, qui ambitione ducti periculoſas quaſdam leges promulgaverant, ut auram popularem aucuparentur, continuo decem-virûm authoritate compreſſi reipubl. pœnas temeritatis ac immodicæ ambitionis dederunt. Qua ratione effectũ eſt Deo optimo favente, ut nullus hujúſmodi morbus in hac civitate noſtra hoc pacto collegii hujus authoritate confirmata invaleſcere poſſit. Iam præcipuæ reipubl. Venetæ partes, quibus univerſa fere gubernatio continetur, à nobis expoſitæ ſunt. Verum ut omni ex parte inſtitutum à nobis opus perfectum ſit, de reliquis quoq; magiſtratibus docebimus, à quibus tum jura dicuntur, tum pecuniæ publicæ adminiſtrantur: necnon de gubernationibus civitatũ, quæ ſub Veneta ditione ſunt, deq; claſſium, exercituumque præfectis. Poſtremo nonnulla inſtituta exponam quibus optime meo quidem judicio cautum eſt, ne populus & plebs minutior ægre ferat nullam ſibi in hac republ.

guber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ubernationis partem eſſe. Docebimus
tem haudquaquam omiſſam fuiſſe, ut
lerique exiſtimant, publicam ad rem-
ubl. juventutis inſtitutionem. Verum
ntequam ad hanc rerũ inſtitutionem
xplicandã veniam, non ab re eſſe exi-
timo, ſi lectoré admonuero in ea ra-
ione, qua ſupra dixi ſenatũ conſuli ſo-
ere, necnon & decé-virûm collegium,
pparere perſpicue mixtionem quan-
dam legum popularis ſtatus, & reipub.
ptimatium. Nam quod nihil poſſit ſe-
natus decernere niſi prius de eo ad ipsũ
ſenatum à præconſultoribus relatũ ſit,
ſtatus optimatium eſt. Quod vero prę-
conſultores nullã habeant poteſtatem,
niſi conſulant ſenatum, eorumq; ſen-
tentia illis authoritate confirmata ſit,
eſt utiq; popularis gubernationis inſti-
tutum. Itaq; uon tantum in univerſa
hac noſtra republ. verũ etiam in qua-
cunq; eius parte, qui recte perpendet,
inveniet hanc quam dixi, mixtioné &
temperiem, cum qua rectæ illæ guber-
nandi rationes, in unam formam atq;
ſpeciem reipubl. noſtræ coaluerint. ſed
noſtra unde egreſſa eſt revertatur ora-
tio. Omnium ergo prima nobis ea pars
ſit exponéda, quæ ad jus pertinet. Vni-
verſum igitur jus, quod à magiſtrati-
bus reddi ſolet, bifariam diviſum eſt.
Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Nam aut in ſuppliciis, quæ ſumenda ſunt de hominibus facinoroſis, qui patriam aut civẽ aliquem inſigni injuria affecerint, vel in deos immortales impii extiterint, conſtitutum eſt. Aut poſitum eſt in cauſis forenſibus judicandis. Idcirco etiam Venetiis duo genera judicum ſunt, horũ alterum cauſis forenſibus, alterum vero judiciis rerum capitalium præficitur. Primum itaq; de criminoſorum hominibus judicibus, mox de forenſibus dicemus. Delictorum quædã minutiora, vel ſuapte natura vel peccantium hominum conditione habentur. Nonnulla graviora & majoris momenti, aut genere ipſo peccati aut peccantium nobilitate, qua de re duplices quoq; ſunt capitalium rerum magiſtratus inſtituti. ad horũ alteros graviores cauſæ & inſigniora facinora deferuntur, ad alteros vero leviora. Hac ergo ratione judicia univerſa in republica Veneta perquam egregie diviſa atq; cõſtituta videri poſſunt: nos de inſignioribus primo, ſubinde de aliis dicemus. Præter delicta quæ decem-virûm cenſuræ commiſſa eſſe ſupra diximus, graviora omnia crimina Advocatoribus referentibus collegioq; quadrageſimo-virali diſceptãte diſcerni ſolent: pœnaq: conſtitui his qui in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

is depreheſi fuerint pro criminis qualitate. quadraginta hi viri, qui criminum cauſis præfecti ſunt, criminales vulgo appellari conſueverunt. Advocatorius magiſtratus priſcis temporibus magnæ fuit authoritatis incredibiliſq; exiſtimationis: cujus præcipuum munus eſt, legum cuſtodia, ne aliqua ſcilic. in parte legibus officiatur. Quãobrem quilibet eorũ, qui in eo ſunt magiſtratu, eam prope intercedendi poteſtatem habet, quam apud Romanos tribuni plebis obtinebant: ſed illi ut tuerentur libertatem plebis Romanæ, noſtri vero ut vim legum tueantur: quare non immerito tribuni legum vocari poſſent. Nos vero ne perſpicuitate, cui præcipue operã damus, ulla in parte officiamus, à communi uſitatoq; vocabulo non recedemus. Illi ad populum ſeu plebem referebant, noſtri vero Advocatores ad XL-viros de levioribus cauſis referunt. De majoribus autem ad ſenatum, & de maximis interdum, ſi ita eis viſum fuerit, ad majus conſilium referunt. Quãobrem antiquitus magna erat hujus magiſtratus authoritas. Nũc vero quoniam X virûm autoritas latius evagata eſt, ideo Advocatorum exiſtimatio obſcurata eſt, eorum authoritate imminuta. Cæterum quum is magiſtratus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tam amplam obtineat intercedendi poteſtatem in omnibus, legumq; cuſtodia ad eum potiſſimum pertineat: atq; hi qui facinus aliquod perpetrarint, maxime contra leges feciſſe videantur, præcipue illuſtres cives quorũ intereſt præter alios reipublicæ conſervandæ operam dare: idcirco peculiari quodam modo hujuſmodi delicta cenſura Advocatorum viſa ſunt eſſe corrigenda, licet ipſi nullam habeant poteſtatem quippiam contra reos ſtatuendi, præterquam in parvis quibuſdã cauſis. cætera omnia de conſilii ſententia ſtatuũtur. Hoc in loco non ab re futurũ duco, ſi omnem judiciorum capitalium rationem explicuero, quę Advocatoribus referentibus fiunt: quandoquidẽ nullibi quod ſciam modus hic ſervari ſoleat: ſimulque (ut arbitror) ſatis perſpicuum faciemus, quamnam authoritatem habeat hic Advocatorius magiſtratus. Quum crimen aliquod ad Advocatores delatum fuerit, ſi res digna cenſeatur eorum cenſura, confeſtim vel ab omnibus vel etiam ab uno tantũ, nam tres ei muneri præfecti ſunt, interdicitur, & reus efficitur ille, cujus nomen delatum ſit. Deinde ab interceſſore refertur de eo crimine ad conſilium illud quod maluerit Advocator qui interceſſerit,

quam-

quamvis plerunq; conſulatur XL-virale collegium, quod judiciis capitalium criminum præfectum eſt. Ibique cauſa recitata, de conſilii ſententia decernitur, an reus ſit in carcerē conjiciendus, & quæſtioni adhibendus, an potius ſolutus cauſā dicere debeat. Poſt id juxta decretum conſilii accerſitus reus, vel clam capitur ab apparitoribus Advocatorum magiſtratus: ibique ſive ſolutus ſive in vinculis coactus de eo crimine rogatur, reſpondet, teſtes utrinque citantur, omnia ſcriptis mandantur, ſive pro reo ſive contra reum faciunt. Hac ratione tota cauſa in codicem publicū relata, omnium quæ ſcriptis mandata ſunt reo fit copia: conſtituiturq; temp⁹, quo docere cauſā poſſit Advocatos atq; oratores, quos ſibi adhibuerit, illique poſſint omnia diligēter perſpicere, quæ reo patrocinentur, necnon etiam cogitare, quo pacto objectum crimen teſtimoniaque reo adverſantia diluere poſſint. tandem cauſa incipit agitari. Hac in parte non eſt reticendus mos majorum ad noſtra uſq; tempora perductus. ſi enim forte quiſpiam reus factus tam tenui re familiari fuerit, ut ſumptū facere nequeat in cōducendis advocatis, qui partes ſuas tueantur; orator, qui cōductus reip. ſtipendio eſt, id munus ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

bet,ſuſcipit inopis illius rei partes tuendas.ſic enim lege cautũ eſt, ne ullus indicta cauſa puniatur. Poſtquã vero ſatisfactum fuiſſe reo videtur,neq; ad ſui defenſioné quippiam amplius deſiderandum fuerit,Advocatores conſilium indicunt,diemq; reo conſtituunt, quo cauſam dicturus ſit. Conſilio coacto magiſtrat⁹ hic Advocatorius accuſatoris vice fungitur: eoſq: qui in eo ſunt magiſtratu maxime decet,ut accuſatores acerrimos agant, qualis(dummodo id aſſequi poſſint) fuit Cicero in Verré, in M.Antonium,dum tamen illi maledicere parcant, neq; extra cauſam maledicédo vagentur.Nam is qui maledictis indulget, potius inimici & pravi hominis officium facere,quam reipub. cauſam agere videtur. Hac enim parte apud Venetos longe ſecus res ſe habet, quã apud Romanos. Olim Romæ quivis civis alteri dié dicere poterat,eumq; quam acerrime accuſabat apud judices. Venetiis vero nemo privatus hoc munus obire poteſt, ſed ex reipub.lege officium illud eſt Advocatorii magiſtratus. Qua in re magis naturam rerum imitati,ſapientiuſq; concordiæ civium conſuluiſſe majores noſtri videri ſolét quam Romani. Nam quoniam qui facinus aliquod perpetravit, maxime le-

ges

ges & rempubl.læſit,ideoque præcipue reipubl. pœnas dare debet, jure magiſtratus is qui tuendis legibus præeſt, à facinoroſo homine pœnas poſcere, atque ad id omni ſtudio eniti debet. Cõtra privati officium eſt illatas ſibi injurias oblivisci, facileque reo concedere. Præterea nullus privatus civis poteſt accuſatoris perſonã ſibi ſumere abſq; maxima invidia & incredibili odio ej9, cui diem dixerit:ex qua re facile ſeditiones oriuntur inter cives:atque id incõmodum à noſtris perquam egregie vitatum eſt,univerſo hoc accuſandi munere magiſtratui demandato, qui non privata ſimultate duct9,ſed ex legis inſtituto id agat. quo effectũ eſt, ut nunquam fere auditum ſit Advocatorũ cuipiam vitio datũ fuiſſe,quod vehementius in reum ſit invect9,aut nimis acrẽ accuſatorem ſe geſſerit.imo qui acriter in hoc officio verſatur,magnã ſibi laudem cõparat apud univerſos cives.Sed ad incœptã judiciorum rationẽ redeamus.Agit ergo coacto cõſilio Advocator partes accuſatoris, orationemq; in reum habet acerrimã. crimina & facinora objicit primũ, deinde teſtib9 objecta cõfirmat ac veriſimilib9conjecturis aſtruit. Poſtquam dicendi finẽ fecerit,agitur cauſa rei ab eo patrono, quẽ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſibi aſciverit. deinde ſi Advocatorum quiſpiam antequam judices ſententias rogentur, dicere voluerit, locum dicẽdi habet: ſimiliter Advocati rei reſpondẽdi & objecta crimina diluendi facultatem habent: eaq; ratione cauſa utrinq; agitatur, donec alter eorum, ſive reus ſive Advocator, cui dicendi locus, ſuccumbens ſe amplius dicere nolle pronũciaverit. Perorata cauſa reus ejuſq; patroni diſcedunt è curia judicum: cum judicibus clauduntur in conclavi Advocatores eorumque ſcribę, præterea nullus. Advocatores primum de puniendo reo ad judices referunt, ſententiaſq; rogant, an puniendus videatur, nulla tamen adhuc cõſtituta certa pœna, quem morem Athenienſes fere ſervabant. Athenis namq; judices ſententias duplices ferebant. prima an reum abſolverent an condemnarẽt. ſecunda deinde, ſi priore condemnaretur, pœna conſtituebatur, ut ex Apologia Socratis apud Platonem perſpicue intueri licet. Conſimili judiciorum ordine & prope pari mos utitur ratione. Refertur igitur primum ab Advocatoribus, de condemnando reo; judices in ſuffragia eunt. omnia namq; conſilia apud Venetos res omnes ſuffragiis decernunt. tres urnæ deferuntur, quarum una reus condem-

natur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

natur, altera abſolvitur penitus abſque mulcta, tertia colliguntur ſuffragia eorum quibus nondum liquet, utrum ſit ſtatuendum. Prima urna qua condemnatur reus albi coloris eſt, ſecunda qua abſolvitur viridis, tertia rubei. unuſquiſq; judicum, ſive cauſa diſceptantib⁹ XL-viris (ut plerunq;) agatur: ſive Senatus cōſulatur, quod raro accidit, in gravioribuſq; cauſis tantum fieri ſolet: ſive ad magnum conſilium ab Advocatoribus relatum ſit, quod rariſſime accidit, graviſſimiſque in cauſis fieri conſuevit, clam, ne quis videatur, ſuffragium ſuum dimittit, ſeu pilulam linteam in eam urnam, quam maluerit. Poſtea à præfectis conſilii ſuffragia numerātur. Quod ſi plures dimidiis reum abſolverint, cōfeſtim pronunciatur abſolutus: eſtque Advocatorum rogatio repudiata. ſin vero plures dimidiis damnaverint, illico pronunciant damnatum. At ſi neutri dimidiū excedant, puta quod multi ſint judicum quibus nondum liqueat, pronunciant reum comperendinatum fuiſſe, judiceſq; cauſam amplius diſcuti velle ſi abſolvitur, nihil amplius negocii habet, ſed eveſtigio liber dimittitur, ſi comperendinatur, judicibus & reo dies ſtatuitur, qua denuo cauſa Advocatoribus accuſantibus patroniſque objecta

crimina diluentibus agatur. Poſt dictam &peroratam cauſam judicum ſuffragia repetuntur. Quod ſi ex numero ſuffragiorum, qui in neutram venerant partem, dimidium ſummæ non excedant, nihilque decretum ſit, iterum pronunciant reum comperendinatū, & tertio conſilium dicitur. Conſtituta die, qua tertio quoq; cauſa eodem modo repetatur, demum in ſuffragia itur, nec tamē amplius ratio ulla eorum habetur, quibus nondum liqueat. Idcirco niſi paria fuerint ſuffragia, neceſſe eſt reum vel damnari vel abſolvi. ſi abſolvatur, jam dixi nihil amplius ei negocii eſſe. ſin vero pronūciatur damnatus, decernit quanam pœna in eum ſit animadvertendum. de genere pœnæ referunt tum Advocatores, tum pręfecti collegio judicū. mos tamen eſt, ut Advocatores eam pœnā proponant, quæ pro genere criminis videatur acerbiſſima. etenim huius magiſtratus officium eſt, ut ad ſeveritatem inclinet. Alii leviores pœnas proponere conſueverunt, niſi crimen fuerit adeo atrox ut clemētiæ nullus ſit locus, ſeu Advocatores lenius egerint quā eum magiſtratū deceat. propoſitis omnium ſententiis eodē ferme modo decernitur pœna qua reus ille ſit afficiēdus, quo ſupra diximus ſenatusconſultū

fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ieri ſolere ubi prçconſultorum ſenten-
iæ variant. quam rationem ſi hoc in
oco repetere vellem, importuneq; tæ-
dio afficere lectorem , merito ineptus
haberi poſſem. hoc tamen dixiſſe ſatis
eſt, eam ſententiam judicũ pronuncia-
ri, quæ rejectis aliis plura dimidiis ſuf-
fragia tulerit. Hoc in loco mihi videor
non ab re facturus, ſi bina inſtituta an-
notavero prudentiſſime à majoribus
nobis tradita. Primum eſt quod nullius
rei ſeu judicii quempiam magiſtratum
nedum civem ſine provocatione arbi-
trum eſſe voluerũt, ſed omni in re ſum-
mum jus atque arbitrium eſſe conſiliis
ſeu collegiis tributum. Alterũ vero non
minus utile ſuperiori, quod voluere ju-
dices non ore ſententias dicere aut pa-
lam ſtatuere quidnã ſentiant, ſed clam
ſuffragiis diſcernere quod maluerunt.
utrumq; ſane meo judicio prudentiſſi-
me inſtitutum. nam quod ſumma au-
thoritas nulli magiſtratui conceſſa ſit,
recte ſe habet. etenim tum periculũ eſt
paucis civibus ſummam cujuſq; rei cõ-
cedi & committi: tum illud cavetur, ne
ſi forte res deliberata male ceſſerit, civi-
tas de paucis civibus queri poſſet. Quod
vero clam decreta judiciaq; fiant , non
minore prudentia ſancitum eſt. nam &
judices liberius judicant. quod ſi palam

ſententiam dicerent, interdum vel ambitione abducerentur ab æquitate judicii, vel amici ac bene meriti de ſe cujus offenſionem vererentur, & quandoque potentioris indignationem extimeſcerent. Illud quoq; proviſum eſt ut quiſq; judicum judicio ſuo nitatur, nec ab alterius judicis authoritate pendeat: quod facile accidere poſſet, ſi ille qui prior dixiſſet ſententiam prudentiſſimus ac ſcientiſſimus haberetur. quocirca nec etiam ab excellentiſſimis philoſophis genus hoc judiciorum omiſſum eſt. ſed ad rem redeo. Poſtquã omnis judiciorum ratio à nobis expoſita eſt, ad XL capitalium cauſarum judices de quibus dicendum inſtitueram revertar. Horum collegium à civitate noſtra creatum eſt, ad quod Advocatores de cauſis capitalibus referant: eoque deliberante ſontes puniuntur. Ideoq; non niſi cauſis graviſſimis, ubi etiam reipublicæ interſit in utram partem judicium ceſſerit, Advocatores ſenatum conſulunt. Verum omnes capitales cauſæ ad hoc XL-virale collegium deferuntur: cujus ſententia rata eſt nulluſque ab ea amplius eſt provocationi locus. gerunt hi magiſtratum octimeſtrem, poſtquam ſedecim menſes expleverint in forenſibus cauſis judicandis. Tria namq; collegia

legia

gia in republ. Veneta ſunt, quodlibet
: XL judicibus conſtat. duo forenſibus
uſis judicandis prǽfecta ſunt, tertium
: quo agitur capitalibus. hac tamen
ſtributa ratione ſunt, ut quamprimū
agiſtratu functi ſunt capitales hi judi-
:s, ipſi in ordinem redigantur, aliique
L-viri magnis conſilii comitiis ſuffi-
untur. Non tamen hi ſuffecti confe-
im ad judicandas capitales cauſas ac-
edunt, ſed collegium illud XL-virale
uod urbanis cauſis decernendis octi-
neſtri eo temporis ſpatio præfectum
iit, ſubit in locum capitalium qui jam
efuncti ſunt magiſtratu. his vero fo-
enſibus atque urbanis judicibus tertii
L-viri, qui item eo octimeſtri inter-
allo externorum cauſas judicarunt, in
orumque locum illi nuper ſuffecti ſub-
int. ſicque per vices iidem judices &
le forenſibus cauſis tum urbanis tum
xteris & de capitalibus decernunt, ac
otum biennium in judiciis iis verſan-
ur. Tria hæc collegia judicum proprias
abent appellationes. Primum, ad quod
xteræ cauſæ deferuntur, novum no-
minatur. Secundum, quod urbanis prę-
ficitur, vetus dicitur. Tertium, quod
de capite ſontium judicat, criminale à
criminibus dicitur. hi XL-viri crimi-
nales nuncupati præterquam quod in
cauſis

cauſis criminalibus ſive capitalib⁹ ſummam judiciorum habent. admittuntur etiam in ſenatum & jus ſuffragii in eo ordine continent. Habent præterea trium-viros ex ſuo ordine, qui ſinguli quibuſq; binis menſibus ſorte educuntur, ac per vices ſemper aſſident duci & conſiliariis, paremque cum illis autoritatem ad ſenatum referēdi de quacunque re voluerint habent, nec non ad magnum conſilium, eo tamen modo quo ſupra tetigi. nec abſque ratione xxxx. hi juniores viri ſenatoribus, qui plerumque ſenes eſſe ſolent, admixti ſunt, ut ſcilicet naturalis ſenum frigiditas juvenum calore temperetur. Non tamen juniores hi ſenibus numero pares ſunt, ſed longe pauciores, tot tamen ut aliquod caloris veſtigium in ſenatus conſultis apparere atque ineſſe queat: quod quandoque in rebus agendis perquam neceſſarium eſt. necnon etiam ſenatoria authoritate xxxx. his viris conceſſa reipublicę adminiſtratio, aliqua in parte inferioris notæ civibus communicata videri poteſt, quales plerumq; hi ſunt qui quadraginta-viratum gerunt, in quo ordine populari quadam lege maiores noſtri uſi ſunt. Nam tribus his xxxx-virûm collegiis ſingulis quibuſquediebus quibus conveniunt certum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ærario ſtipendium conſtitutum eſt. eoque raro admodum divites cives nc magiſtratum petunt,facileq;ſi pe-rint repulſam ferunt. verum egenis ibus,probis tamen hominibus facilis ad hunc honorem acceſſus. Qua ra-ne tum inopiæ proborum civium qua in parte conſulitur:tum etiam ipubl. adminiſtratio non tantum di-tibus & inſignioribus civibus, quod timatium eſt ſtatus & pauoorum po-ntiæ commiſſa eſt: verũ etiam aliqua parte,mediocri tamen,cives inferio-ordinis ad rempublicam acceſſum bent:qui mos pertinet ad popularem tum. Ex his compertum cuilibet eſſe teſt, in omni parte reipubl. Venetæ mperationem illam apparere, quam exordio opuſculi huius jampridem ximus majores noſtros plurimũ ſtu-uiſſe,ut ſcilicet popularis ſtatus ratio ptimatium gubernationi permixta ſet: eo tamen temperamẽto adhibito, plures optimatiũ partes eſſent. ſatis aque jam à nobis cum de Advocatori-us tum de XL-viris dictũ arbitror qui iminales judices dicuntur: & qui in-ituti ſunt ut in crimina ſeu genera eccati ſeu peccantium inſigniora ani-nadverterent. Nunc tẽpus poſtulat ut e nonnullis inferioribꝰ magiſtratibus

qui

qui ulciſcẽdis delictis & maleficiis præ-
ſunt minutioribus & genere ipſo pec-
cati & perſonæ fortuna, pauca quæd-
perſtringamus. Hi quoq; duplices ſunt:
nam quidam jus capitis habent. unus
vero omnium minimus de capite judi-
cium ferre non poteſt: ſed in viliſſi-
mos homines atq; meretrices animad-
vertit, atq; id genus hominum vel vir-
gis cædi jubet vel in carcerem conjici,
prout quemq; peccaſſe cõſtiterit. Prio-
vero magiſtratus qui capitis judicium
ferre poteſt, bipartitus eſt. Nam non ii-
dem judices quærunt de crimine &
quæſtioni reum adhibent ac ſenten-
tiam ferunt, ſed priores noctis præfecti
totam prius cauſam reorũ agitant ac
ſcriptis mandant, quæ teſtes dixerint,
quæq; vel ſponte vel coacti tormenti
rei confeſſi fuerint. Demum omnem
cauſam ad judices proprietatum defe-
runt. Diverſus à priori hic eſt magiſtra-
tus, hiq; ſententiam ferunt, ubi de cau-
ſa capitis agitur. quod ſi levius fuerit
delictum, ut tantũ virgis cædendus aut
carcere aliquot menſes coërcẽdus reus
eſſe videatur, noctis præfecti totam
cauſam expediunt. neq; collegium XL-
virale conſulunt, ſive conjicere quem-
piam in carcerẽ voluerint, ſive queſtio-
ni adhibere: qui tamen Advocatorius
magi-

agiſtratus jus minime habet. verum
pus eſt, ut prius collegium conſulat,
ictoritateq; illius decreti collegii ni-
itur. neq; ſine magna ratione hoc ita
iſtitutum fuiſſe videtur. Nam ſi pro
iolibet crimine etiam reis hominib⁹
ui nihili ſunt conſilium conſulēdum
ſet, incredibile negocium reipubl. ad-
iniſtrationi faceſſerēt: ſontibus etiam
iris major peccandi licentia tributa
ſet, majori impunitatis ſpe propoſi-
i. Vt ergo judicia hujuſmodi expedi-
ora eſſent, Pręfecti noctis eam autori-
item qua Advocatores privati ſunt
btinent. Præfecti noctis ſex ſunt: ſex
em in minimo eo magiſtratu cui in
ifimos tantum homines levibuſque
iminibus jus eſt. Capita tribuum civi-
itis appellantur, hi qui eum magiſtra-
im gerunt: quoniam ex unaquaq; tri-
u, in ſex enim tribus tota civitas divi-
i eſt, tum eos pręfectos noctis, tum ca-
ut tribus eligunt: quo more etiam in
onſiliariis eligendis uti ſolemus, quod
iperius à nobis minime omiſſum fuit,
triuſq; pręterea magiſtratus officium
t, ut viciſſim modo præfectus noctis,
iodo caput tribus, ſuam tribum cir-
imeant ad gallicinium uſq;, cum pu-
licis ſtipatoribus & apparitoribus ar-
iatis, provideantq; ne per nocturnas
tene-

tenebras quæ majorem licentiam præ-ſtare hominibus ſceleſtis ſolét, cuipiam fiat injuria: neve fur clam domũ quã-piam fodiat, aut ne latro ullas per vias graſſetur in quenquã. Inprimis Venetæ urbis originibus uterq; hic magiſtratus magnæ æſtimationis erat. Poſtmodum adjunctis novis reipub. magiſtratibus, prout ratio tẽporum & commoditas exigebat, horum dignitas & authori-tas eſt obſcurata: ſummaque poteſtate ad novos magiſtratus tranſlata parva quędam & viliora negocia veluti fęces in eorum ſubſelliis reſidere. Hactenus de magiſtratibus qui capitales cauſas decernunt dixiſſe ſufficiat. De forenſi-bus in ſequenti volumine dicetur.

## LIBER IV.

MOS ille in republica Veneta perpetuus ſẽper fuit, ne quiſ-quam magiſtratus in majori-bus cauſis ſummam autho-ritatem haberet: ſed ſummum illud jus collegiorum & conſiliorũ ut uſitatius loquar eſſe voluerunt. Ideo in forenſi-bus quoq; cauſis, quæ ſummam quin-quaginta quinq; nummorum aureo-rum exceſſerint, nullus magiſtratus eſt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quo non ſit provocatio ad auditores
rbanarum cauſarum, qui lingua ver-
acula Veteres appellantur, & ad col-
egia quadraginta-virûm de quibus ſu-
ra meminimus. At ut perſpicue tota
æc judiciorum forenſium ratio intel-
gatur, ab auditoribus, qui quidem
uplices ſunt, ordiemur. novi etenim
ve recentes atq; veteres ſunt. Veteres
vetuſtate nomen ſortiti, quod hic
agiſtratus apud Venetos multo ve-
uſtior ſit quam alter, qui non prius in
anc rempublicam inductus eſt quam
ontinentis imperium habuerit, multis
culis poſt urbem conditam. Veteres
i auditores eandem fere authorita-
em obtinent in judiciis cauſarum fo-
enſium quæ urbanis judicibus diſce-
tantibus dijudicantur, quam Advoca-
ores in pleriſq; omnibus rebus, ſi qua
n parte viderentur officere legibus, in-
ercedendi inquam. cum ergo à judi-
ibus urbanis contra aliquem ſententia
ata fuerit, licet illi ab eorum judicio ad
uditores provocare. Cauſa ad eorum
ubſellia deducta, & ultro citroque agi-
ata ab his inter quos controverſia fue-
it, niſi ſummam excedat quinquaginta
ureorũ nummûm, omneſq; judices in
andé ſententiam convenerint, poſſunt
pſi abſq; quadraginta-virûm collegio



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

rem decernere. quod ſi inter ſe diſſenſerint. vel eorum unus authoritatem habet intercedendi, cauſaque illa apud minimũ quoddam collegium agitatur, in quo uterq; auditorum magiſtratus, treſque alii judices conveniunt: ibique minores hæ cauſæ dijudicantur. Quod ſi univerſa cauſa eam ſummam excedebat, ante noſtram ætatem non poterat ad quadraginta-virûm collegium res deduci, niſi aliquis auditorum latę ſententiæ à judicibus interceſſiſſet, de eaq; ad quadraginta-viros retuliſſet. Noſtra vero tempeſtate lata lex eſt, qua conceditur illi contra quem priores judices ſententiam pronunciaverint, ut poſt tres exactos menſes quamvis nullus auditorum interceſſerit, poſſit diem adverſario dicere, & ad collegium provocare. qua lege auditorum authoritas valde eſt imminuta, quamvis ejus magiſtratus cum intercedunt nonnihil ad cauſam obtinendam valeat. Nam neq; tres menſes operiri oportet, eorumq; interceſſio velut prærogativa judicii videatur eſſe. Si auditor interceſſerit, prioribus judicibus diem dicit, collegium quadraginta-virûm aditur. Ante noſtram ætatem uterque magiſtratus orabat coram collegio, ſententiamque uterq; ſuam tuebatur. ſenſim vero per

ſegni-

ſegnitiem judicum in deſuetudinem abiit, ut priores judices quorũ ſententiæ interceſſum ſit interſint, quum apud quadraginta viros cauſa agitatur, ne dum orent: ſed die eis per tabellionẽ dicto reſpondent jus fieri debere. Mos vero ille ut auditores primum referrent ad collegium de cauſa cui interceſſiſſent, orationemque haberent, ad noſtra uſq; tempora deductus eſt. Nunc vero penitus intercidit, ſed patroni tantum eorum inter quos controverſia fuerit, hoc munere defunguntur, tuenturq; ſuorum clientum cauſas: quibus rebus effectum eſt, ut dignitas auditorii magiſtratus, quæ diu illuſtris erat, noſtris temporibus obſcura admodum & imminuta ſit. Quadraginta hi urbanarum cauſarum judices eundem fere morem ſervant in judicando, quem à judicibus quadraginta capitalium cauſarum ſervari ſolere diximus. hoc tantum diſcrimen eſt, quod in cauſis in quibus de capite agitur & fortunis rerum, nullum certum orandi tempus ſtatutum eſt. In his vero urbanis litibus præſcriptum eſt temporis intervallum, ultra quod orationẽ protendere non poſſunt: id eſt, hora cum dimidia tantum cuilibet oranti conceſſa eſt. neq; in forenſibus iis cauſis judicandis

variæ referuntur ſententiæ ut eam collegium eligat quam maluerit, quemadmodum in ſumendis pœnis à nequam hominibus fieri ſolere ſuperius dictum eſt: ſed tantum refertur an lata prius à judicibus ſententia confirmanda ſit vel potius abroganda. de abrogatione refertur, ſi auditor quis interceſſerit. quod ſi nõ fuerit interceſſum, ſed ſine interceſſore cauſa ad collegium fuerit deducta, præfecti collegii perorata utrinq; cauſa non de abroganda ſed de confirmanda ſententia lata referunt. Iurati judices omnes in ſuffragia eunt. Tres item urnę deferuntur. viridi abrogatur id de quo relatum fuerit. candida approbatur. rubea vero eis deſtinata eſt quibus nondum liqueat, ſed velint cauſam ampliari. nihilq; decretũ habetur niſi plures quam dimidii abrogaverint aut approbaverint. quod ſi tot judicibus nondum liqueat, ut in neutram partem judicium factum ſit, cauſa ampliata pronũciatur ad alteram diem, qua eadem fere repetuntur. quod ſi etiam eadem die judicium pendeat, tertio cogitur collegium, cauſa repetitur. qua perorata utrinq; itur in ſuffragia, neque amplius ulla eorum judicum quibus nondum liqueat habetur ratio. quare niſi paria fuerint ſuffragia, in al-

eram partem fit decretum ſive de ab-
oganda ſive de confirmanda ſententia
ata. Abrogata ſententia nequaquam
dimitur poteſtas actori, quin de eadẽ
e judicium repetere poſſit. Nihil enim
brogatione ſtatuitur, ſed tantum lata
ententia antiquatur. Confirmatione
ero & approbatione rata fit ſententia
uam priores judices pronunciaverũt,
eque amplius provocationi eſt locus,
eq; judicium repeti poteſt ſuper eadẽ
e, niſi cauſæ quippiam novi accedat.
Atq; ſatis hactenus de auditoribus ve-
eribus dictũ ſit: nunc pauca de recen-
ioribus perſtringamus. Hic magiſtratꝰ
n noſtra repub. nõ fuit prius inſtitutus,
uam in continente æſtuariis iiſce fini-
ima Venetũ imperium extendi cœpit.
Ad hos à prætorũ judiciis provocatio
ſt, aliorumve magiſtratuum qui extra
rbem populis qui in noſtrã venerunt
ocietatem jus dicunt. Veteres enim
uditores utriſque, urbanis ſcilicet &
xteris cauſis, haudquaquã ſatisfacere
oterant. Quamobrem eam appella-
ionem etiam ſortitus eſt, ut novorum
ive recentium diceretur. Nam poſt
onſtitutam rempubl. imperium Ve-
netum extendi incepit in Venetiam o-
rã, quæ ad veteres dominos veluti quo-
dam poſtliminio volens ac libẽs rediit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Etenim ut in exordio operis oſtendimus, nobiliſſimi quiq; provinciæ Venetæ barbarorum impetum Italiæque totius devaſtationem fugientes ſe in noſtra æſtuaria receperunt, urbemque hanc opulentiſſimam condidêre. Cui etiam nomen Venetię indiderunt multitudinis numero: ut ſignificatum poſteris eſſet eò omnium civitatum Venetiæ regionis nobilitatis florem conveniſſe. Igitur cum brevi imperium Venetum creviſſet in immenſum, unus haudquaquam magiſtratus urbanis & exteris cauſis ſatis eſſe poterat. Iccirco novus hic inſtitutus eſt, novumq; quadraginta-virale collegium. Provocatio quoque, quæ ab aliis qui extra jus dicunt fit, ad horum ſubſellia defertur. atq; hoc demum collegio diſceptante omnes ejuſmodi cauſæ diſcernuntur. eadem in omnibus ratio eſt, parque modus hujus magiſtratus & collegii, quem modo ab auditoribus veteribus & collegio quadraginta virali urbanarum cauſarum judice ſervari ſolere docuimus. illud tantum jus auditoribus recentibus additum eſt, quod in cauſis quæ ſummam quadraginta nummorũ aureorum non exceſſerint latam ſententiam, à qua ad eos ſit provocatum, moderari queunt, ejuſque partem ſi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

a ipſis videatur, abrogare, partem
ero comprobare, dum modo omnes
eandem ſententiam conveniant.
uod ea de cauſa inſtitutum, ne exteris
ominibus & advenis, quorum præ-
pue rationem haberi debere ſummi
hiloſophi tradidere, majus negocium
eret, ſed ſine magno rei familiaris di-
endio litium exitum invenirent. Hoc
re veteres privati ſunt, neceſſe enim
lis eſt ut aut totam ſententiam ap-
robent, vel totam reſcindant, atque
ritam faciant. Sic novi hi interce-
endo reliquis omiſſis parti intercedere
oſſunt: at veteres contra. aut enim
oti intercedunt, aut univerſam inte-
ram dimittunt. Hocque pacto exte-
orũ lites breviori ſpacio dirimuntur,
uam cauſæ urbanæ: quamvis patro-
orum & juriſconſultorum verſutiâ,
uæ nihil etiam contra fas intactum
elinquit, in immenſum quævis lites
rotrahuntur. quod ubique gentium
ieri ſolet, ubi non temere ſed ſtatuto
rdine judicia fiunt. Explicata fere à
obis eſt judiciorum ratio, ſupereſt ut
paucis perſtringamus eos magiſtratus
qui primi in cauſis urbanis jus dicunt,
à quibus ad veteres auditores provo-
cationes fiunt & ad collegium quadra-
ginta virorum: quorum judicum ſex

ſunt ſubſellia pro qualitate cauſarum & perſonarum diſtributa. nam aut lites ſunt de mercatura rebuſque ad negociatores ſpectantibus, vel de ædibus & fundis quæ intra æſtuaria fuerint: aut de poſſeſſionibus & agris quæ in terra continenti ſunt, aut de quibuſvis aliis contractibus ſtipulationibuſque: perſonæque quæ lites inter ſe conferunt, aut ſunt cives, aut exteri, ſeu cives cũ exteris: vel demum cũ pupillis res habetur, aut agunt viduæ fœminæ poſt obitum mariti de dotibusrecuperandis. ne ergo inter tot diverſorum generum judicia turbatio eſſet, neve aliud alii impedimentum afferret, plura inſtituta fuere judicum ſubſellia: ita ut quantum fieri poſſet, unuſquiſque pro ratione negocii & litis ſuos judices cognoſceret. quæ enim lites ad ædes ſive fundos intra fines Venetiarũ poſitos, id eſt in æſtuariis exiſtentes pertinent, hæ omnes à judicibus qui proprietatum nominantur dijudicantur: quos etiam adeunt viduę dotes ab hæredibus maritorum defunctorum repetere volentes. Hancq; appellationem habuerunt, quod majores noſtri ea tantum civium ſuorũ propria exiſtimarunt, quæ in æſtuariis eſſent poſita, utpote quæ ad alienos dominos non facile transferri poſſent. Cætera

vero

vero in continenti exiſtentia,ſive agri, ſive domus fuiſſent, utpote quæ facile invito à dominis poſſent auferri, injuriæq; magis expoſita eſſent, mobilia dici voluerunt. quod ſi de fundis continentis oræ cõtroverſia fuerit, judices procuratorum ſunt adeundi. iiſdem judicibus cum pupillis, qui adhuc tutores habeant, contendas oportet. qua de re ii judices id quoque nomen obtinuerunt. nam apud Venetos curatores & tutores, procuratores appellari conſueverunt. Si item lis de mercimoniis intercideri t & ad mercaturam ſpectet, ſubſellia judicum adeuntur qui ex ea re judices ſeu conſules mercatorum nominantur. hi majori quodam compendio judicant quam alii forenſes magiſtratus: quod ea ratione inſtitutum eſt, ne longioribus litibus impedimentum morave fieret negociis mercatorum, quæ aſſiduam quandam operam exigunt. At ſi inter exteros homines lis fuerit, vel quiſpiam civium hoſpiti diem dixerit, opus eſt accedat judices qui ab advenis nomen habent. Cæteræ vero omnes cauſæ contractus ac ſtipulati, ex quibus quiſpiam ab alieno ſibi aliquid deberi contendat, idque judicio petat, judicibus veniunt qui petitionum nuncupantur: hique prætoris

urbani vicẽ gerunt. Sunt præterea minimæ quædam, quibus dijudicandis præfecti ſunt judices mobilium dicti. Eſt & præter hos magiſtratus alius, qui ſi quid inventũ fuerit aut olim reconditum aut nuper amiſſum, an ad ærarium aut ad privatum quempiam, an vero ad eum qui reperit, res ea pertineat, decernit, omneſque hujuſmodi controverſias dijudicat. Expedita univerſa judiciorum ratione ad eos magiſtratus accedamus, qui ærarii curam habent, quibuſve pecuniæ publicæ adminiſtratio commiſſa eſt. Hi fortaſſe alicui plures eſſe videbuntur quam par ſit, paucioribuſq; univerſæ rei pecuniariæ ſatis fieri poſſe. Verum hac in parte id eſt animadvertendũ, patres noſtros ſummam diligentiam adhibuiſſe, ne in adminiſtrandis pecuniis publicis aliqua fraus fieret. arbitrati enim ſunt ex ærario veluti alimentum univerſis reipub. partibus ſuppeditari, quo deficiente ſeu imminuto deficere quoque rempublicam aut minui opus eſſe. Quocirca legem etiam fecerunt, qua ſancitum eſt, ut ſi quis civis peculatus damnatus fuerit, perpetua ignominiæ nota ſingulo quoq; anno repetita inureretur. Majori enim conſilio coacto in concione civium omnium ſtatuta die ab Advoca-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ore omnes illo crimine damnati pro-
unciantur: ut qui tantum ſcelus auſi
int, perpetuę ignominię pœnas luant.
ed ne ab inſtituto longius digredia-
ur, magiſtratus qui ærarii curam ha-
ent, duorum veluti generũ ſunt. Qua
atione publicæ quoq; pecuniæ diviſæ
int. nam vel ex publicis vel ex vectiga-
bus in ærarium conferuntur: vel in-
erdum cum reditus reipubl. impenſis
ninime ſatisfacere poſſe videatur, à ci-
ibus pro cujuſq; cenſu ſolvitur. ſæpe
tenim id neceſſum mari aut terra in-
ruentibus bellis, quibus civitas noſtra
requenter vexari ſolet: ſive Turcis in
oſtram ditioné irruentibus, quorum
mpetum non ſine maximo detrimen-
o complures annos ſuſtinuimus, acer-
iſſimumq; hoſtem in univerſam rem-
ubl. Chriſtianam ſævientem conti-
uimus. Aut Chriſtianis principibus
quib⁹ imperii Veneti amplitudo quan-
doque officit, in perniciem noſtram
conſpirantibus: ut anno ab hinc xv. cũ
omnes fere Chriſtiani principes inito
inter ſe fœdere in exitium imperii no-
ſtri conſpiraſſent. ſed diis bene juvan-
tibus impetus omnium ſunt repreſſi,
reſq; pene collapſa in integrũ reſtituta
eſt. Duplex ergo cum ſit publicę pecu-
niæ genus, duplices quoq; magiſtratus

ei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ei rei ſunt præfecti. Quidam enim pecuniæ ex cenſu civium collatæ præficiuntur: alii vero reditibus & vectigalibus reipublicæ. Vectigalia quidẽ exiguntur ab his quæ exportantur ex urbe, aut in urbem importantur. Quædam vero ex civitatibus quæ in ſocietatem imperii Veneti ſunt adſcitæ. Urbana vectigalia cum propter maximam mercium copiam mercatorumq; conventum, tum ob ingentem hominũ multitudinem, qui hanc civitatem incolunt, majora ſunt quam quæ ſibi quis perſuaſerit. mercium rerumq; urbanarũ varia ſunt genera: ideo diverſi quoq; magiſtratus ſunt inſtituti, prout ſcilicet commodũ viſum fuit, his qui locandis exigendis hiſce vectigalibus præſunt: quos ſi ſingulatim enumerarem, faſtidio potius afficerem quam quod ex ea narratione aliquid voluptatis eſſem allaturus. Illos etiam magiſtratus qui tẽporarii ſunt, quod interdum temporum ratio ita poſcere videatur, prætermittendos eſſe duco. In ſumma, horum omnium magiſtratuum officium illud eſt, ut caveant ne per dolum aliquid pecuniæ publicæ avertatur, aut per inertiam pereat. Ipſi quoq; omnes controverſias quæ ad id genus pecuniæ pertinent dijudicant. Omnis vero ea pecunia quæ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

b iiſce magiſtratibus exigitur, cõtinuo d gubernatores redituum publicorum efertur. Eam namq; appellationem is nagiſtratus obtinuit qui huic ſummæ ræfectus eſt. Sed quoniam ea cura magni eſt momenti, nõ niſi inſignioribus ivibus deferri ſolet. qui ut libentius oc munus ſibi peterẽt, aut ne demanlatũ rejicerent, magnum emolumenum oneri alioquin gravi adjunctũ eſt, uthoritas quoq; non contemnenda. i etenim apparitores, viatores, lictoes, omneque id genus miniſtrorum eipub. creant, quibus omnibus ex ære ublico ſtipendium perſolvitur. id vero quod reliquum fuerit, ad quæſtores urbanos defertur. ad quem magiſtratum omnis tandem ſumma æris publici, à quibuſcumq; quæſtoribus extiterit ſive magiſtratibus allata, qui ſeu extra urbem ſeu in urbe pecuniæ publicæ exigendæ curam habent, pervenit. at urbani hi quæſtores eam pecuniam ex ſenatus decreto in uſus publicos impendunt, in codicibuſve ſuis & acceptum referũt & expenſum ferunt. quod munus quum operoſum, laboris nõ exigui ſit, ideo civibus junioribus committi conſuevit: qui tamẽ tum nobilitate generis, tum innocentia vitæ clari ſunt, ne ſcilicet æs publicũ, quapiam ratione

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

in rem privatam avertatur. Quocirca urbanis quæſtoribus jus ſenatorium datum, propemodum idem quod legitimi ſenatores habent. pecunia vero quæ in reipublicæ anguſtiis ex cenſu à civibus confertur, quamvis tandem ad quæſtores urbanos omnis cõfluat, proprios tamen quoſdam magiſtratus habet. Interdum enim de conferenda ex cenſu pecunia ea ratione fit ſenatusconſultum, ut nulla mentio habeatur neque de reſtituendo eo ære, nec de aliquo emolumēto civibus erogando, qui ex ſua re privata eam pecuniam contulerint. Quod tamen raro admodũ fieri conſuevit: nam plerunque imo potius ſemper niſi res contrarium poſtulet, ſenatus reipub. ita conſultum eſſe vult ut privatorum res non negligantur. Promulgato igitur ſenatusconſulto de pecunia ex cenſu conferenda facto, temporeq; quod commodum fuerit viſum conſtituto, unuſquiſq; civium infra id tempus eam ſummam perſolvit, quam ex cenſu debet. exigunt autem gubernatores redituum deferuntque ad quæſtores urbanos. ſæpenumero tamen ea ratione fit ſenatusconſultũ de pecunia ex cenſu conferenda, ut poſt certum temporis ſpatium civibus qui eam perſolverint, reſtitui incipiat aliquo etiam emo-

emolumento adjuncto: certaq; in eam rem delegantur vectigalia. Interdum vero ſenatusconſultum de collatitia ex cenſu pecunia ante noſtram tempeſtatem fieri ſolebat, ut de reddenda nulla fieret mentio,neq; ullum certum tempus conſtitueretur niſi id commodum reipublicæ fuiſſet. ſed magiſtratus qui præfectus mutuis dicebatur, quod nomen adhuc quoq; retinet,acceptam ab unoquoque civium eam vim pecuniæ in codices referebat:interimque donec reſtitueretur,ſingulo quoq; anno quinque nummi aurei pro centum collatis, veluti in vicem reditus privatis civibus creditoribus numerabantur: in quem uſum multa vectigalia erant quoque deſignata. Qua ratione priſcis bellis facilis erat pecuniæ exactio,quæ ex cenſu ſolvebatur. neque iniquum exiſtimari debet, civibus qui rem familiarem in temporibus reipublicæ neceſſariis conſumpſerant,aut magna ex parte imminuerant, viciſſim aliquid impendi ex reditibus publicis. Nam quemadmodũ partes totius incolumitati conſulere debent, ita natura comparatum eſt ut totum curam habeat ne partes magnũ incommodum patiantur, ſed pro viribus provideat ut incolumes perdurent, alimentaque impartiantur quibus refician-

cian-

ciantur & conſerventur. Verum noſtra ætate hoc æs alienum reipubl. adeo ingens erat, ut in eo emolumento quod diximus civibus erogari, trecenta fere nummorum aureorum millia ſingulis quibuſque annis expenderentur. Quorum ſolutio proximis annis propter anguſtiſſima reipubl. tempora quum intermiſſa fuiſſet, tandem quarto ab hinc anno, referentibus Dominico Triviſano ſenatore ampliſſimo, atq; Andrea Gritto, cujus ducis auſpiciis nunc reſpublica Veneta regitur, ſapientiſſimo atque integerrimo ſenatore, factum eſt ſenatusconſultũ ut nulla amplius emolumenti erogandi mentio fieret, neque in codicibus publicis poſt id tempus id æris acceptum à civibus referretur. verum ne omnino à republica fraudati eſſe viderentur capitis reſtitutione, necnon etiam emolumenti quod ad eam diem eis debebatur, cum multa vectigalia deſignata ſunt, tũ reipublicæ poſſeſſiones omnes in agro Rodigienſi poſitæ ſunt diſtributæ. Cujus muneris maxima parte nos functi ſumus, qui illo tempore magiſtratum gerebamus, qui ante noſtra tẽpora inſtitutus præcipue fuerat ad hujuſmodi æs alienũ reipubl. minuendum, aut ſi fieri poſſet extinguendum: de quo pauca infra dicemus.

ſicque

ecque magna pars ingentis ac incredi-
ilis fere publici æris alieni imminuta
uit, necnon privatorum civium facul-
atibus ſatis commode conſultum : ita
amen ut prior ac potior ſemper fuerit
eipubl ratio, quam privati commodi.
uod inſtitutũ à majoribus noſtris ad
æc uſque tempora per manus dedu-
ũ eſt. Vt ergo redeamus unde divertit
ratio, Præfecti mutuis eam pecuniam
xigunt, quæ à privatis ex cenſu in rei-
ubl. uſus neceſſarios confertur : acce-
tamque in ſuos codices referunt, ac
emũ urbanis quæſtoribus numerant.
demque præfecti curam habent exi-
endi à quæſtoribus urbanis eam ſum-
nam pecuniæ, quæ quotannis erogari
olebat, in vicem reditus civibus priva-
s: eamq; & acceptam & expenſam in
uos codices referebant. Pecunia vero
uæ ea lege ex ſenatusconſulto eroga-
ur, à privatis ut certo tempore reſtitui
ebeat, à proprio quodam magiſtratu
 exigi & reſtitui ſolebat. nunc univer-
um hoc munus gubernatoribus redi-
us demandatum eſt. Alius etiam præ-
er hos eſt pecuniarius magiſtratus mi-
ime prætereundus, qui in eam curam
ncumbit, ut cives ærarios factos, eoſq;
ui conſtitutam non perſolverunt pe-
uniam quam ex cenſu debent, inveſti-

O get:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

get: eorumq; bona publicet, & tandem ſub haſta vendat. Nonnulli ſunt præterea magiſtratus pecuniarii, à quibus ærarii cives inveſtigantur: rationeſque in publicis codicibus privatorũ ac reip. diligenter inſpiciuntur, ne qua fraus publicis reditibus atq; ærario fieri poſſit: quos conſulto prætereundos exiſtimo, ne tædio lectorem afficiam. neque enim momenti quippiam habent ad eam quam potiſſimum hoc opere mihi exponendam reip. gubernationem inſtitui. Præter hos magiſtratus nonnulli etiam ſunt qui multum faciunt ad civitatis commodũ, & ad bene beateque vivendum, ideoq; à nobis minime ſunt omittendi. Primi nobis ſe offerunt monetæ aureæ argenteæq; præſides: qua maxime civium commercia continentur cum externis hominibus, & ſecum viciſſim. Dein annonæ triticeæ præfecti, itemq; ſalubritati Venetæ civitatis præfecti, ſine quibus vita conſtare non poteſt. Necnon etiam præſides ampliſſimi navalis. Ædiles quoque, qui viarum, pontium & hujuſmodi rerum reſarciendarum curam habent, perquam neceſſarii ſunt. Ac demum ampliſſimus magiſtratus, quem procuratorũ Veneti appellant, maximè eſt civitati noſtræ opportunus. De præfectis

mone-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

monetæ nihil eſt quod amplius dicamus, niſi quod ejus magiſtratus intereſt providere, ne argentum aut aurum imperfectius aut impurius, quam id quod lex ſtatuit cudi debere, aliquo pacto cudatur: neve excuſi nummi pondere ſint minores quã lex jubeat. quod ſanctiſſime apud nos obſervatum fuit. quamobrem maximo in precio apud omnes nationes barbaras, necdũ apud Chriſtianos, Veneti nummi ſemper fuerunt, hodieq; ſunt. Cæteri namque principes plerique omnes impurius aliquanto argentum & aurum cuderunt, ut facilius impenſis ſatisfacere poſſent. At noſtri conſtantiſſime ſemper hac in parte dignitatẽ à majoribus acceptam retinuere. Magiſtratus vero, qui annonæ triticeæ præfectus eſt, civitati Venetæ perquam neceſſarius eſt. etenim cum nulla prope frumenti vis ex agro Veneto colligatur, quod omni ex parte urbs æſtuariis ampliſſimis ambiatur, civitaſque populoſiſſima exiſtat, opus eſt rei frumentariæ magnam haberi curam: ne quando populus, cujus commodo majores noſtri maxime conſultum eſſe voluerunt, rei frumentariæ inopia laboret, nimiaq; annonæ caritate prematur. Idcirco rei frumentariæ tres ſunt præfecti, qui XVI. menſibus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

magiſtratũ gerunt. horum eſt officium providere ne civitas unquam frumenti inopia laboret. quæ ſi quando timeatur, Principem Sapientumq; collegium adeunt, reque inter eos diſcuſſa decernunt quæ ad frumenti copiam comparandá præcipua eſſe videantur. Quandoque etiam ſolet certa merces ex ærario his cõſtitui, qui ex longinquioribus provinciis frumentum Venetias advexerint. Interdum ære publico triticum mercantur à negociatoribus, qui polliceantur certam vim frumenti ſtatuto tempore ex deſtinatis etiam provinciis ſe Venetias delaturos : quod niſi præſtent, pecuniaria mulcta taxantur. Emitq; reſpublica magno precio, & vili vendit, ut commodo populi ac inopiæ conſulatur: qua in re magnam interdum jacturam ærarium facit. De re frumentaria præterea plurimæ ſunt leges pulcherrimaq; inſtituta: quæ ſi in præſentia recenſerem, longius quam par ſit ab inſtituto digrederer. ſequitur magiſtratus is, cui urbis ſalubritas eſt curæ. hujus præcipuum munus eſt, providere ne aliquo pacto ex contagione tabes ſerpat in civitatem. quod ſi clam quandoq; obrepſerit, ut nonnunquam ſolet accidere, ſedulo operam dat, ne longius vagetur. Qua de re ædes publicæ am-
pliſſimæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

bliſſimæ ſunt ædificatæ in æſtuariis, intervallo trium millium paſſuum ab urbe: quibus finitimi ſunt horti pulchre conſtituti : in quas ſi quis ex plebe eo morbo ægrotare cœperit, confeſtim cũ tota familia defertur. hi vero qui cum ægrotante conſuetudinẽ aliquam habuerant, opus eſt, ne alios inficiant, ut proprios lares deſerant, concedantque ad alias ædes publicas, itidem extra urbem in eum uſum conditas, regione à prioribus longe diverſa. ibique XL dies detinẽtur, in quibus ſi ſani perſtiterint, civitati ac domeſticis laribus reſtituuntur. ſuppellectilis quoque magna cura habetur, ne ejus contagione quiſpiam inficiatur. hic quoq; magiſtratus providet ne quid putridum aut quod incolumitati civitatis officere poſſit vendatur. demum id ſedulo curat ut quam ſaluberrime Venetiis agatur. Nam non multo ante noſtram tempeſtatem hoc præfectorum genus inſtitutum fuit: & cum ſæpius antea civitas peſtilentia laboraſſet, adeo ut pleriq; omnes quandoque proprios deſeruiſſent lares ob ingruentem vim tabis, & in continentem proximam ſeceſſiſſent ; nunquam tamen, poſtquam hæc cura novo huic magiſtratui demandata eſt, divino munere favente civitas hæc hujuſmodi

hoc morbo vexata eſt gravius: licet interdum quod in magna hominum undiq; convenientium frequentia evitari non potuit, nonnullæ domus fuerint infectæ: cura vero hujus magiſtratus atq; ope à Deo præſtita malum latius vagari non potuit. Nunc de ampliſſimi navalis præfectis dicendum eſt: quod certe non ſolũ Venetæ urbi magno eſt ornamento, ſed etiam univerſæ Italiæ reique publicę noſtræ non mediocrem dignitatem affert. immenſum namque opus eſt & admiratione digniſſimum. Nam in ea urbis regione quæ præ aliis mari vicina eſt, & præterea maxime commoda, navale ædificatum eſt, ac in tres ſinus, ſeu ſi malueris receſſus, excavatũ: intra quos mare recipitur unico tantum oſtio tam lato ut etiam ſatis ſit ad maximas triremes capiundas. Munitum eſt oſtium duabus turribus ex utraque parte, ſuntque hæ ponte ſublicio junctæ portiſque cancellatis, quæ nunquam reſerantur niſi quum opus ſit triremes educere, ſeu in navale inducere. nullibi etiam aditus ad interiora navalis patet, præterquam hoc uno oſtio ingredientibus. Primus ſinus occurrit omnium minimus, amplus tamen. hic undiq; circum tecta habet in fornicis modũ ædificata contignatio-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nibus ac tegulis tecta. ſub hæc triremes è mari ſubducuntur, ibiq; ab omni ventorum ac pluviarum injuria tutæ perdurant, quoad illis uti libeat. ea ratione multos annos incolumes & illæſæ permanent. Novas item ſub eiſdem tectis ædificant, atque veteres ſubducunt & reſarciunt: magnum ſane opus, quod & maximo ornamento ſit, & ad navium fabricam utiliſſimũ. Poſt hunc ſinum alius eſt interior ampliſſimus, circum omni ex parte ejuſmodi tectis ut dixi inſtructus: nec ullum ex eis inſpicias triremibus vacuum, ſed binis ſi tecta fuerint latiora, aut ſingulis ſi anguſtiora. Tertius vero nõ minor ſecundo, paulo ante noſtram ætatem ſuperioribus additus fuit, circumſeptuſque mœnibus pulcherrimis. in eo autem plura ſunt tecta ædificata, quamvis nõ ſint omni adhuc ex parte perfecta: verũ ſumma cum diligentia opera datur ut ei fabricæ extrema imponatur manus. Tres hi receſſus invicem ſunt pervii, ac unico muro ambiuntur nonnullis turribus diſtincto, in quibus vigiles noctu excubias agunt, ne quid detrimenti tam inſigne opus vi ignis injecti, ſeu dolo facinoroſi cujuſpiam, ſeu caſu quopiam, ut interdum evenire ſolet, accipiat. Intraq; mœnia tabernæ ſunt armamen-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

torum ampliſſimæ, univerſæque nauticæ ſupellectilis: ac fabri cujuſcunque generis quod ad rem navalé pertineat, ſuas officinas ibidem habent. Ibi etiam æs funditur ad tormenta conficienda: magna quoque ibidem fit tormentarii pulveris copia, adeo ut nihil quidem quod ad rem nauticam faciat, in eo navali deſiderari queat. ibidé videre licet ingentem fabrorum multitudiné, quorum quiſq; ſuo munere fungitur. Sunt præterea nonnulla atria bene ampla, in quibus ingens armorum vis, tormentorum ſcilicet ac telorum, ad uſus bellicos ſervatur: nec non magna velorum copia, remorum, armamentorumque omnium, in ſuis quæque cellis condita, ut cum ſenatus armandam claſſem decreverit, omnia in promptu ſint, quæ ad eam rem requiruntur. His rebus officiiſque omnibus, de quo dicere inſtitueram, præfectus eſt: omniaque providet curatq; quæ in uſum navalis fuerint. hic ſeligit fabros cum lignarios tũ etiam ærarios cæteroſq; opifices qui ad opus faciendum admitti debeant: diligentem quoque impendit operam ne quiſpiam officio ſuo deſit. Huic magiſtratui numeratur pecunia ex ærario in uſus navalis, non prius tamé quam collegium conſulatur, ac rationes à patribus

bus illis videantur. Apud majores noſtros, penes quos res maritimæ magno in precio erant, hic honos magnus habebatur: temporibus tamē noſtris magiſtratus hujus dignitas eſt imminuta, ac pene intercidit. quo fit ut ſi quando opus fuerit in ea re opera diligentiori, alios ſenatores primæ exiſtimationis cives navali ſenatus præficiat,qui jus in priores habeant, eiſque veluti miniſtris utantur. Poſtremo loco ſunt à nobis recenſendi divi Marci procuratores, ampliſſimus omnium præter ducem magiſtratus : quippe qui præfinitum tempus non habeat, ſed cum vita perduret. Huic honori conjuncta eſt perpetua ſenatorii ordinis dignitas, ac jus ſuffragii ferendi æquum cum legitimis ſenatoribus. illud enim præ aliis omnibus magiſtratibus obtinuerunt. nam cum cæteris non cedatur à ſenioribus civibus certiſque locis certiſque ſubſelliis, procuratoribus ubiq; idem honor præſtatur. quocunq; enim loco ſedeatur, illis ſemper ceditur, digniorique ſede ſemper honeſtantur : non ſecus ac ſi quovis in loco magiſtratus eorum munere fungerentur. horum officium eſt tutelam pupillorum habere, quibus minori ætate exiſtentibus nullus defuncto parente ex teſtamento tutor eſt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

inſtitutus, veluti ergo publici quidam tutores à republ. ſunt inſtituti. hi divi Marci procuratores dicuntur, quod munus cum egregiam fidem ac ſanctitatem vitæ præcipuam exigat, hi cives huic officio deleguntur qui jam publicis fere omnibus muneribus defuncti ſint, ſpectatæq; ſunt probitatis: in quo verſantes tanquam milites emeriti perpetuam obtinent reip. adminiſtrationem. Priſcis temporibus tam magna fuit non tantum Venetiis, verum etiam apud exteras nationes, hujus magiſtratus exiſtimatio, ut plerique exteri homines, nedum indigenæ teſtamento ſuo hoſce procuratores hæredum ſuorum tutores ac totius rei domeſticæ curatores inſtituerint: quorum fidei magna pecuniæ vis pauperibus eroganda commiſſa fuerit. adeo ut noſtris quoque temporibus ingentes opes ab hoc magiſtratu adminiſtrentur, ac pro eorum arbitrio in uſum pauperum diſtribuantur. hic magiſtratus initio inſtitutus fuit, ne hæreditates civium qui pro tuenda ſeu etiam pro amplificanda republica apud exteras nationes excederent, aut ſtudio rei familiaris negociis ac mercimoniis occupati peregre morerentur, nullove condito teſtamento, per fraudem quampiam ab

hære-

æredibus pupillis averterentur. Qua
e cauſa effectum eſt, ut civibus illis
ublice ea cura demandata ſit, de quo-
um probitate omnibus compertũ ſit.
rincipio tres fuere. deinde aucta civi-
ate tres alii additi, hac tamen ratione
iſtributi, ut veteres pupillorum, qui ci-
ra rivum magnum qui urbẽ mediam
nterfluit habitant, curam habeant:
res item curent eos qui ultra rivum
nagnum proprios habent lares: ut di-
nidiam urbem alteri, item dimidiam
oſteriores curent. Tres vero præter
ios patroni ſunt ampliſſimi atque au-
guſtiſſimi templi, quod divo Marco
Euangeliſtæ dicatum eſt, ſub cujus nu-
mine Veneta reſpublica bonis legibus
aucta eſt, ditioque imperii crevit. ab
his poſtremis tanquam à nobiliori-
bus nomen in omnes deductum eſt, ut
divi Marci procuratores appellentur.
De ſtructura hujus templi impræſen-
tiarum nihil dicere conſtitui, deq; mar-
morum copia, columnarum frequen-
tia, ex porphyritide ac praſio lapide o-
pere teſſellato atque aurato, quo ta-
men laquearia forniceſq; omnes tem-
pli confecti ſunt, tum demum pavi-
mentum univerſum ſtratũ: cum multi
mortalium fereque omnes fama per-
ceperint. Templi hujus inſtaurationi ſi
qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

qua in parte labaſcit, necnon ſacerdotibus ipſius, hi tres procuratores præſunt, ac provident ut pro civitatis dignitate & illuſtriſſimi patroni noſtri Marci Euangeliſtæ Deus optimus in eo templo pie colatur. hi ſunt qui præter cæteros magiſtratus meo judicio perquam neceſſarii videri debent ad bene beateque vivendum. Nam & monetæ cudendæ cura nequaquam negligenda eſt, qua omnium commercia civium contineantur, annonæque triticeæ copia ſedulo procuranda eſt: nec minor bonæ valetudinis civium cura habenda eſt: minimeq; prætereunda fuit viarum ac pontium idque genus ædificiorum inſtauratio. hæc communia cuiq; civitati. iſta vero ad Venetias magis attinent, rei ſcilicet maritimæ procuratio ac pupillorũ tutela, cum multi civium cum propter publica negocia, tum propter mercaturæ induſtriam peregre profecti diem obeant. idcirco magiſtratus qui his muneribus incumbunt publice inſtituti ſunt, ut nulla in parte majores noſtri communi bono defuiſſe videantur, ſi quis diligenter omnem hujus reipublicæ inſtitutionem animadvertat.

*LIBER*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

## *LIBER QVINTVS.*

POSTQVAM omnis fere ratio gubernationis reipublicæ à nobis expoſita eſt, omneſque recenſiti magiſtratus urbani, non importunam alienamve ab opere rem facturus videbor, ſi de magiſtratibus exteris verba fecero: his ſcilicet quibus civitates quæ in noſtram venerunt ſocietatem regi ſoleant: necnon de militaribus imperiis, ac demum de muneribus aliorum civium, qui patricii non ſunt ordinis. His etenim expoſitis extrema manus commode operi inſtituto impoſita videri poterit. Inſignioribus civitatibus quæ ſub ditione noſtra ſunt, quatuor magiſtratus præficiuntur. prætor unus omnibus jus dicit, & forenſes lites dijudicat, atque in ſontes animadvertit. habet hic prætor in judiciis proferendis aſſeſſores homines juriſperitos, quorũ conſilio utitur. Et licet apud prætoré ſit omnis authoritas, præter hunc eſt præfectus, qui militibus præeſt, qui urbem vel agros urbis coluerint. in hos nullũ eſt jus prætoris, ſed præfectus tantum jus in eos habet. Arcis præterea, mœnium portarumq; cura præfecto eſt demãdata, nec non vectigalium, ac redituum omnium

tum

tum urbis, tum agri totius. præter hos quæſtor unus, aut duo. hic magiſtratus pecuniam publicam adminiſtrat, impendit & exigit, habetque codices rationum publicarum. nihil tamen fere agit niſi ex mandato præfecti, ac interdum utriuſque, ſcilicet prætoris & præfecti. Ea enim ratio adminiſtrandi utilior viſa eſt, quam ſi penes eundem eſſet & authoritas & adminiſtratio ærarii, facilius namque liceret per fraudem ærarium peculari. id vero pecuniæ quod reliquum fuerit ab impenſis, Venetias ad quæſtores urbanos defertur, ad quos ut ſupra diximus undique pecuniæ publicæ conferuntur. Quartus qui in unaquaq; urbium magiſtratum obtineat, eſt cuſtos arcium. alibi unus, alibi plures ſunt: hique militibus præſident qui arcem tuentur, curamque habent armorum, commeatus, & tormentorũ quæ ad munitionem contra hoſtes in arce poſita ſunt. Neq; tamen cuſtos ita præeſt arci, quin præfecti imperio ſubjectus ſit: cui quidem omne jus omniſque poteſtas in hujus generis rebus curandis tributum eſt. In minoribus vero civitatibus ſeu urbibus nullus eſt præfectus, ſed prætor utriuſque partes agit. in oppidis quoque quæ in agris majorũ urbium frequentia ſunt

ſolu-

olus prætor eſt qui jus oppidanis dicat,
ullus præterea magiſtratus. nam quę-
ores ac prefecti principum urbium in
niverſo quoque agro jus obtinent. A
rætoribus omnibus ad auditores no-
os provocatio eſt. Advocatores etiam
uandoque ſententiis capitalibus præ-
orum intercedere ſolebant: ſed quo-
iam uſu plerumque evenire ſolitum
rat ut judicia protraherentur, neque
ontes criminũ ac ſcelerum pœnas da-
ent: lata fuit lex à decem-virûm colle-
io, minime id juris Advocatoribus
mplius in ſententiis eſſe, quæ à præto-
ibus aſſidentibus juriſperitis quos ſecũ
omites ducunt, ut ſupra dixi, pronun-
iatæ eſſent. Et hactenus quidem ſatis
le magiſtratibus, quibus reſpublica tũ
lomi tum foris adminiſtratur. Verum
quoniam non tantum pacis, ſed etiam
belli gerendi ratio habenda eſt, quam
iniverſam, qui neglexere, ut inquit Pla-
o in Politico, nequaquam libertatem
liutius tueri queunt: ideo qui recte rei-
publicæ inſtitutionem poſteris tradide-
runt, illud inprimis admonitos eſſe vo-
luerũt, ut cives inſtituantur ad utrum-
que munus, ut ſcilicet bello gerendo
idonei ſint, & in pace domi ſubjecti
legibus inſtitutiſque patriis in præclara
aliqua functione vivant: ita tamen vir-
tutes

tutes arteſq; bellicæ referantur ad ſtudia pacis, tanquam ad potiora. unaquæq; etenim res eam habet à natura inſitam vim, ut primum bonum ſibi quiſque conveniens appetat: deinde ut contrario obſiſtat, nitaturq; quantum poſſit à ſe injuriam propulſare: quæ res in animante natura omnium perfectiſſima, dilucidius dignoſcuntur. Nam unicuique animali tributa eſt vis appetendi,qua proſequatur id quod naturæ ſuæ conſentaneum fuerit. præter hanc unicuiq;adjecta fuit vis iraſcendi,quam Plato in corde atque in præcordiis collocavit,ut ſcilicet animal quodcunque, ejus virtutis ſtimulis actũ, contrarium naturæq; repugnans repelleret. Vtriuſque igitur partis virtutes, quarum ſemina in animis hominum natura indidit, civilem virum fovere oportet, & ad frugem perducere, ſicve & belli & pacis gerendæ rationem habere. Quæ ratio à majoribus noſtris non fuit neglecta, ut quibuſdam videri ſolet: ſed quoniam initio in mari ædificata civitas, quæ multis annis imperium contempſit, continentis terreſtris belli ſtudiis detineri nõ potuit,univerſam ſe ad maritimum bellum convertit: in quo egregiam operã navavit,& pro tuenda libertate & in hoſtibus ulciſcendis:multaque

taque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

aque præclara Venetorũ geſta priſcis
nonumentis memoriæ prodita ſunt,
lurimiq; triumphi ex devictis hoſtibus
c eorũ claſſibus ſuperatis reportati: ex
uibꝰ facile quivis intellexerit, Venetos
n re maritima longe aliis præſtitiſſe.
icta tandem poſt longũ tempus perti-
acia precibus finitimorũ populorum,
uorum quiſq; ſui reguli tyrannidem,
uam diutius paſſus fuit, amplius tole-
are non poterat, adhibuit animum ſe-
atus ad continentis imperium: uni-
erſamq; Venetiæ regionem pulſis ty-
annis, ac paſſim civibus deditionem
acientibus veluti poſtliminio recupe-
avit: quæ libenti animo redibat ad ve-
eres incolas, ejectis & tyrannis exteris,
ui ex reliquiis barbarorum in tota re-
ione conſederant, duriſſimaq; ſervitu-
e victos eos populos premebant. Pro-
ato igitur imperio in continenté ter-
am, præterquam quod bonis legibus,
& pacis ſtudiis ii populi erant recrean-
i, qui nuper venerant in noſtram ſo-
ietatem, danda etiam opera fuit ut
ueri libertatem poſſent in quam ſe aſ-
eruerant. Cæterum Venetæ urbis ſi-
us utpote quæ condita eſt in mediis
eſtuariis, minime patiebatur noſtros
ives impenſius operam dare bello ter-
eſtri, illiuſve ſtudio diutius detineri,

ſine magno periculo ſeditionis civilis. nam cives illos qui terreſtris belli ſtudiis addicti fuiſſent, majorem anni partem agere in continenti, ibiq; & equos alere, & terreſtribus certaminibus ſe exercere: quin ut peritiores rei militaris fierent, opus fuerat, ut ſi quando domi ocium ab armis fuiſſet, externa bella adirent, in hiſque animum pariter & corpora durarent, ut in ea functione cum laude verſari poſſent & patriæ prodeſſe: ſecus autem ſi fuiſſent, propemodum non tantum imperatores, verũ etiam milites futuri fuerant. Hæc vero frequens conſuetudo continentis urbanæq; intermiſſio factionem quandam civium facile paritura fuerat ab aliis civibus disjunctam. quapropter procul dubio res Veneta brevi ad factiones ac bella civilia deducta fuiſſet. Omitto interim quam magnos ſpiritus animi civium concepiſſent, cum plurimum armis potuiſſent, habuiſſentque frequentes adſectatores: ut hominum natura ſemper ad militiam pronior eſt. quæ res, ut ex priſcorum monumentis facile intelligi poteſt, ſemper Romanã rempubl. vexavit, contumaceſque non paucos Romanos cives reipublicæ legibus & ſenatus decretis reddidit, ac demum Iulium Cæſarem tyrannum Romani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ani imperii fecit. Ne ergo hujuſmodi
iiſpiam morbus in Venetam civitatē
breperet, ſatius majores noſtri eſſe ſta-
ierunt, ut continentis imperium ex-
rno potius ac conducto milite quam
eneto defenderetur. ſtipendium vero
is ſtatuit ex vectigalibus totius pro-
nciæ. æquum enim erat ejus regionis
npenſis militem vivere, qui ad eam
iendā accerſitus fuerat. in quam mi-
tiam plurimi cives ditionis noſtræ ſo-
i adſcripti ſunt: quorum nonnulli ad
mmam imperii in noſtro exercitu
evenere, atque ob res egregie geſtas
eneta civitate patricioq; jure donati
int. Viget adhuc noſtra ætate nomen
artholomæi Cojonei Bergomēſis viri
luſtriſſimi & ſummi imperatoris, qui
iulta præclara bella confecit, ac Vene-
im ditionem auxit: quapropter erecta
li equeſtri ſtatua in celebri urbis loco à
publ. honeſtatus fuit. Cives igitur Ve-
eti ea de cauſa, quam retuli, terreſtris
ilitiæ honorib⁹ privati ſunt, omneſq;
d exteros delati, cum lege cautū erat,
ullum patricium Venetum pluribus
uam xxv militibus præeſſe poſſe. hæc
imen lex noſtra tempeſtate ob bella
equentia quibus vexati fuimus, in de-
ietudinem abiit. Cum tamen terreſtre
ellū ingruit, nonnulli patricii ordinis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cives in exercitũ mittuntur, qui dum bellum urget temporarium magiſtratũ gerunt. quæſtores ii ſunt, item legati, qui imperatori exercitus externo homini ſemper adſtent: neq; ei quicquam aut facere aut decernere licet, niſi ex legatorum conſilio. Bello finito utriq; magiſtratus domum revertuntur ac in ordinem rediguntur, nec quicquam amplius juris habent. hæcque eſt belli terreſtriſve militię ratio apud Venetos. Bello vero maritimo ac navali civitas noſtra magis idonea eſt natura, cujus ſtudiis ſemper Veneti ſtuduere. nam in mari urbs condita parum timere poterat terreſtres copias, quæ ei negocium faceſſerent: ac non tantum iniquum ſed etiam valde incommodum erat comparare exercitum ex civibus, quem in continentẽ trajicerent, ac finitimos populos bello laceſſerent. At à mari timeri injuria poterat, tum etiam facile erat illatam ab exteris vindicare: quamobrem univerſa civitas ad ſtudia rei maritimæ converſa eſt, atque juventutem legibus inſtituit, ac totius vitæ conſuetudine firmavit. hic enim mos inſtituendi patritios homines ſemper fuit, ut à teneris annis uſque ad pubertatẽ ſub pædagogi diſciplina degerent, ac latinis literis imbuerẽtur pro cujuſq;
captu

captu. ab ea ætate, præter paucos quoſdam qui literarum ſtudiis ſe mancipa-rant, genio naturaq; ducti, omnes fere rei maritimæ ac familiari operam darent. ac alii quidem navigabant ad longinquas oras, ubi mercaturæ induſtria rem domeſticam augebant, ſimulque efficiebantur periti morũ ac conſuetudinis legumque multorum hominum. plurimi conſcendebant triremes armatas atq; à teneris annis & corpus laboribus firmabant, & animum excolebant rei maritimæ diſciplina, necnon navalis belli peritia: quibus artibus ſemper Veneti excelluere. Quin lege cautũ fuit, quæ ad uſque noſtra tempora pervenit, ut in unaquaque triremi armata ſtipendium ex ære publico nõ exiguum daretur duobus adoleſcentibus patricii ordinis: quorũ officium nullum aliud eſſet, præterquam imbui diſciplina rei maritimæ: ac ut id facilius aſſequerentur, exigua quædam munera eis incumbunt, in quorum functione exercitantur ac proficiunt, ſicque idonei fiunt ad majora capeſſenda. In gravibus vero triremibus ſeu ad claſſem & rem bellicam inſtructę fuerint, ſive privatim civibus locatæ ad mercaturam, octo juvenes patricii quandoque deſtinati ſunt: nec mediocre eis ſtipendium

conſtitutũ, vel ex pecunia publica, vel ex ære privato. tunc ad mercationes locantur, qui nauticis ac bellicis ſtudiis in eis aſſueſcat. Quin etiam privatorum navibus hoc onus legibus impoſitũ eſt ad publicam utilitatem, ut ex ære domini privati hominis uni ſeu duobus ſi navis major fuerit, patriciis adoleſcentibus ſtipendium ſolvatur, quorũ aliud nullum officium ſit præterquam exerceri muniis nauticis. Conceſſa quoque his adoleſcentibus facultas eſt, ut in triremibus onerariis, ac in navibus privatorũ quibus adſcripti ſunt, ferre queant certam mercium ſummã nullo naulo ſoluto: quam ſi non habeant, jus hoc ſuum aliis concedunt ac locant. Qua lege conſultum fuit non ſolum exercitationi juvẽtutis, verumetiam utilitati tenuiorum civium, qui anguſtia rei familiaris premerentur. Qua de re facile intelligi poteſt à quocunque, curam inſtituendæ juventutis minime à majoribus noſtris præteritam fuiſſe, ut nonnullis videtur: imo in ea navium triremium copia ducenti & amplius nobiles adoleſcentes legis iſtius beneficio alienis impenſis ad rem nauticam inſtruebantur: præterquam quod civili conſuetudine ac more patrio quilibet patricius juvenis aut literis aut ſtudiis rei mari-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

naritimę operam dabat: in qua exercitatione tum ſibi plurimum, tum rei domeſticæ nonnihil conſulebat ac prodeat. Hæ priſcæ leges & hujuſmodi inſtituta etiam noſtra tẽpeſtate perdurant, icet pleriq; adoleſcentes ambitione aut uxu poſt ampliatum imperium corrupti patrias inſtitutiones neglexerint: ac civium copia adeo crevit ut noſtra ætate ingruentibus bellis ac rerum domeſticarum ſtipendiis longe plures effecti ſint pauperes, quam quod ſatis conſuli illis queat iſtius legis beneficio. Ita namque natura comparatum eſt, ut nihil inter homines perpetuum eſſe poſſit; verum cuncta quamvis initio perfecte conſtituta eſſe videantur, poſt aliquot annos natura in deterius labẽte inſtauratione indigent: adeo ut quemadmodum corpus prandio ſaturatum diutius incolumitatem ſervare nõ poteſt, niſi poſt aliquot horas cœna ſucceſſerit: ſic in unaquaque re opitulari oporteat naturæ ad interitum labenti, atque inſtaurationem adhibere. Hujuſmodi rationẽ nos quoq; Deo bene juvãte imitabimur, ac aliquod remedium excogitabimus, quo ſit ut hac etiam in parte nihil ſit in noſtra republica deſiderandum. ſed de his hactenus. Nunc à nobis recenſendi ſunt magiſtratus qui



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

præficiuntur rei maritimæ. Unaquæq; triremis ad bellum inſtructa præfectum habet virũ patritium, qui in ea triremi omnium poteſtatem obtinet præterquam ultimi ſupplicii inferendi. ac veluti in terreſtri militia Centurio ſeu aciei præfectus eorũ curam habent qui fuerint in ſua acie. Hic triremis præfectus nautas cunctaq; quę in ſua triremi ſunt, & quæ ad ejus apparatũ faciunt, diligenter curat. Quotannis quamvis nulla neceſſitas ſit, Veneti aliquot triremes armant, quæ reddant mare tutum navigantibus, ſecuramque navigationẽ compreſſis piratis præſtent viris bonis qui res ſuas agunt ſine alicujus injuria. Præter triremium præſides eſt totius claſſis legatus, qui imperium habet in univerſam claſſem, ac in cunctos triremium præfectos. hic veluti legatus exercitus, niſi adſit imperator, jus habet & capite mulctandi quos velit & dirigendi claſſem quo maluerit. hic quoq; magiſtratus ſemper fere etiam pacis tẽpore creatur, præficiturq; his triremibus, quæ armatæ ſunt. Quod ſi tẽpora reipubl. ita poſtulent ut magna claſſis paranda ſit, tunc univerſæ claſſi præficiunt imperatorem, qui tũ in claſſe tum in cunctis provinciis maritimis ampliſſimam poteſtatem habet, ac eam prope

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quam olim in Romana republ. Dicta-
tor retinebat, niſi quod omnibus in re-
bus paret authoritati ſenatus & reipu-
blicæ decretis. ſummum tamen illi jus
tributū eſt, cum in claſſem, præfectos,
legatoſve claſſis, tum in prætores ac
magiſtratus omnes qui cum imperio
ſunt in locis inſulisq; maritimis, ac mu-
nus publicum exercent: adeo ut cum
claſſis imperator ad aliquam civitatem
acceſſerit, continuo ei ſacerdotū clerus
obviam prodeat, claves portarum &
arcium ei dentur, jura prætorū ſileant,
ab omnibus magiſtratibus ad impera-
torē liceat provocare. Quin ſi ita ei li-
buerit, poteſt ſolus jus dicere, ſolus ad-
miniſtrare pecuniam publicam, ac de-
niq; ſolus omnium poteſtatem habet.
Nullus eſt apud Venetos magiſtratus
majoris authoritatis, idcirco raro ad-
modū claſſi imperator præficitur. Non
enim temere niſi rerum neceſſitas ita
exigat, alicui cōceditur tam magna po-
teſtas, ut omnia ex unius civis arbitrio
pendeant. Hoc in loco ea lex non eſt à
nobis prætermittenda, imperatorē, le-
gatum, præfectumve claſſis ullum, non
poſſe cum triremibus armatis ingredi
Venetam urbem, neq; etiam tunc cū in
patriam redit: ſed cum primū Iſtriam
pervenerit, quæ provincia centum fere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

millibus paſſuum ab urbe diſtat, ſtipendium nautis ex legis decretis ſolvi debet, ibique omnes dimitti: deinde triremes à paucis Venetias deduci ſolebant, ac in navale ſubvehi ſub tecta in eum uſum ædificata, ubi tutæ ſervantur à ventorum & pluviarum injuria. nunc lex hæc nõ ita omni ex parte ſervatur, quemadmodum patrum noſtrorum temporibus ſervabatur. Recenſiti à nobis ſunt omnes fere magiſtratus, quibus veluti coronam & apicem majores noſtri impoſuere, eos quos vernacula lingua à Grçca appellatione deducta, Syndicos dicere conſuevimus; nos eos appellamus recognitores, novo fortaſſe vocabulo, ſed ſatis idoneo ad idem munus explicandum. Hi poſt quatuor quinqueve annos creari ſolent, ac mitti tum in continentis oram noſtrę ditionis, tum in regiones maritimas ac inſulas: recognoſcuntque geſta omnium prætorum atque aliorum qui foris publicam poteſtatem habuerint. In quos animadvertunt ea propemodũ authoritate quæ Advocatoribus tributa eſt. Nam, ut ſapienter Ariſtoteles inquit, hi qui in poteſtate ſunt, niſi ex aliis pendeant, ægre in officio perſiſtũt propter ingenitam cuiq; malitiam. Peregimus jam omnes patritiorum hominum

magi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nagiſtratus , quibus reſpubl. Veneta
omi foriſq; adminiſtratur : reliquum
ſt , ut ea ratio à nobis referatur, qua
rudentiſſimi homines majores noſtri
mper in officio plebem ac univerſum
opulũ continuerunt, rem certe ſupra
mnium fidem, tot annos populum
ubernationis publicæ expertem nun-
uam patritiorũ imperium detrectaſſe
ut ægre tuliſſe, nec quippiam unquam
nolitum eſſe ut mutata reipublicę for-
na ipſe quoque ad jus publicum ad-
nitteretur, imo ſemper amantiſſimum
tque obſequentiſſimum nobilitatis ſe
ræſtitiſſe Verum ſi quis præter ſitus
pportunitatem valde commodi ad
empublicam tuendam, moderationẽ
oſtram in regendo animadverterit,
omperiet populum non omnino re-
udiatũ fuiſſe : ſed ad ea munera fuiſſe
dmiſſum, quæ ei committi poterant
bſq; rei communis detrimento. Ideo-
que facile perſpicere poterit, id in hac
epub. temperamentum extitiſſe, quod
æteris hominibus tum priſcis tum ju-
nioribus ſemper defuit. Quamobrem
eveniſſe etiam comperiet, ut in cunctis
aliis tumultus populares frequenter
uerint excitati, qui tandem omnes reſ-
publicas ever' rint : econtra in noſtra
civitate ob eam cauſam nullũ unquam
tumul-

tumultum popularem aut ſeditionem extitiſſe. neceſſarium namq; fuerat, ut in exordio operis dixi, ſi recte reſpublica inſtituenda erat, populum à gubernatione reipubl. excludi. qua in parte majores noſtri non tantum authoritatem ſummorum philoſophorum ac rationem ſecuti ſunt, verum etiam imitati ſunt Seſoſtrim antiquiſſimũ Ægyptiorum legiſlatorem: qui, ut in Politicis Ariſtoteles perhibet, genere diſtinctos voluit eos qui armis regionẽ tuerentur, quive de bono publico conſultarent ac judicia exercerent, ab agricolis mechanicaſque artes exercentibus, ac mercenariam operam locantibus. Verum inſtitutum hoc facile evertere rempublicam poterat, niſi temperatio ea adhibita fuiſſet, quã majores noſtri ſapientiſſimi homines adhibuere. Primum ergo apud Venetos conſtantiſſime hoc obſervatum fuit, ut omnibus æquum jus eſſet, neque ulli impune liceret vel hominẽ ex infima plebe injuria afficere: patricium vero hominẽ contumeliam facere plebeio, pro ſacrilegio ac ſcelere maximo ſemper habitum fuit. Quod ſi quis temerarius hujuſmodi quippiam perpetrare auſus unquam fuit, nullus quoque ei fuit impunitatis locus: ſed tanto graviores pœnas dedit, quanto majo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

majoris exiſtimationis dignitatiſve exitit. Præterea diligenter à ſenatu conſulitur tum annonæ triticeæ, tum omnium rerum copiæ, quæ faciunt ad victum civium & ad incolumitatem potius populi: adeo ut magna interdum diſpendia faciat publicum ærarium, ne civitas penuria laboret. quod exploratū cuilibet eſſe poteſt ex his quæ ſupra à nobis dicta ſunt, cum de præfectis annonæ triticeæ ac de curatoribus publicæ ſalubritatis ageremus. Ac populi quidem hęc duo potiſſimū requirunt à rectoribus civitatum, ut ſcilicet commode vivant in rerum copia, neq; obnoxii ſint injuriæ potentiſſimorum civium: quę cum aſſecuti fuerint, res ſuas agunt cæterorum ſecuri. Nihil vero à majoribus noſtris omiſſum fuit, quod ad ea duo pertineret. quin potius multa præterea addita ſunt, quibus mirifice conſulitur populi commodo, atq; eorū hominū inopiæ qui in ſtudiis honeſtis reipubl. utilibus verſantur, aut olim verſati ſunt, nec amplius per ætatē aut imbecillitatem valetudinis id muneris obire queunt. Nam Venetiis innumerę dom⁹ ædificatæ ſunt, ſatis idoneę aptęque rei domeſticę, quæ hominibus iiſce gratis conceduntur, in quibus cum familia degant quoad vixerint ſine rei

fami-

familiaris diſpendio. His adde, quod in navali ampliſſimo, quod vicem oppidi obtinet, conſtitutū ſtipendium eſt non mediocri hominum multitudini: qui tamē nil agunt, ſeu propter ſenium, ſeu ob incommodum acceptum, cum tamen tunc cum in florenti ætate eſſent, ſuum munus in ædificandis triremibus aut in hujuſmodi quopiam munere reipubl. utili obierint. Præterea veteri inſtituto in cōtractibus emptionis venditioniſq; mercium precioſarū alteruter, emptor ſcilicet aut venditor, certū quippiam ſolvūt pro ſumma mercium: quod pauperibus nautis impartitur, qui amplius ei officio ſatisfacere minimè poſſint propter ætatem, quam tamen in ea functione conſumpſerint. Cæterū hæc optimè inſtituta ad continendam plebem in officio. Reipubl. nonnullas alias leges recenſebimus, quæ ſapientiſſime mihi à majoribus noſtris inventæ videri ſolent, ut pro eorum hominum conditione ſatisfactum pulcherrime ſit ambitioni & honoris cupiditati, quę in cunctorū animis natura inſita eſt, nec tamē propterea gubernatio nobilitatis ulla in parte perturbetur. Univerſus populus in duo genera eſt diſtributus. nam quidam honeſtioris ſunt generis, alii vero ex infima plebe, ut artifices, &

id

d genus hominum, quod ab Ariſtotele
n Politicis ſervorum publicorum eſſe
perhibetur; utriſque meo judicio con-
ſultum eſt nec incommodè nec iniquè.
Nam plebejis hominibus qui ſuapte
natura parum honori ſtudent, ſed po-
tius rei familiaris ſtudio inſerviunt,
modica etiam jura conceſſa ſunt, ſuiq;
honores. in tot etenim claſſes diſtri-
buti ſunt, quot ſunt artificia in quibus
degunt, ac unicuiq; claſſi propriæ quæ-
dam datæ ſunt leges, ſub quibus ſua
quiſq; exercet officia. His præficiuntur
totius claſſis ſuffragiis ex eorũ numero
nonnulli, qui non incommode artificii
illius præfecti appellari poſſunt. horum
juſſu multa præſcribuntur, nonnullæq;
leviores lites horum arbitrio dirimun-
tur. Quo fit ut pleriq; omnes artifices
cũ ejus honoris compotes fuerint facti,
in eo munere ſibi placeant, putentque
ſe non parũ dignitatis eſſe aſſequutos,
cum eo pervenerint, ut à ſui ordinis
hominibus ea præfectura digni habiti
fuerint. Sunt præterea in unaquaque
claſſe inferiores quidam præfectorum,
qui tamen non nullius exiſtimationis
ſunt. hoc igitur modo magna in parte
ſatisfit honoris cupiditati, quæ indita
eſſe videtur animis etiam plebejorum
hominum ac infimæ plebis. Alterum
populi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

populi genus honeſtius in Veneta civitate honoratiorem quoque locum habet, cui privata quædam ac propria munera ſunt conſtituta decora atque honeſta, quibus patritii ordinis viri privati ſunt, nec ad ea ulla ratione acceſſum habent. quorum multa ſunt, ut nec patricium hominem tum propter emolumentum tum honoris titulum eorũ pœnitere poſſit. Scribarum ordo honeſtiſſimus eſt, qui magiſtratibus quibuſq; aſſident. id munus plebis tantum hominibus datur, patricio nulli: quod quamvis illuſtre non ſit, eſt tamẽ honeſtum. horum namque fidei & ſolertiæ codices ſcriptaq; publica quibus res omnes privata & publica continetur, commiſſa ſunt. cui provinciæ qui dignus habeatur, is jure optimo & probi viri & induſtrii nomen habet, ac exiſtimationem ſibi vendicaverit. atq; id pleriſque omnibus ſtipendium conſtitutum eſt, ut rei domeſticæ non tantum tuendæ ſed etiam amplificandæ ſatis ſit. Ad hoc hi omnes, qui ſunt à ſecretis ſenatus, ex populo ſunt, patricius nullus. Hic ordo ſuperiore honeſtior eſt, idcirco illi ex populo qui nobiliori genere orti ſunt, eo munere fungi ſolent. reditus habent ex ære publico non mediocres, neque ullum ſenatus-

nſultum hos latet. ſemper namque
terſunt & collegii ac ſenatus conſul-
tionibus, ex qua re in magno precio
omnibus habentur. Ex his nonnulli
iguntur qui decem-viris miniſtrant,
rumque acta in codices referunt, ac
nſcii omnium ſunt, quæ ab collegio
untur. quo in honore perdurant
oad vixerint,non per vices,quemad-
odum patricii viri in ſuis magiſtrati-
s,quorum nullus præter procurato-
im perpetuus eſt. Horum qui à ſecre-
ſenatus ſunt,unus primas partes te-
t,ac Cancellarius Venetiarum nomi-
tur,qui in maximo eſt honore. Nam
uovis patricio ei loco ceditur præ-
quam à procuratoribus. nullum is
publ. ignorat arcanum: magni quo-
e ſunt ei reditus ex ære reipublicæ
nſtituti: ac cum diem obierit, fune-
i oratione honeſtatur: quæ dignitas
lli in Veneta civitate deferri conſue-
,præterquam duci,aut cuipiam civi,
i ſit extra aleam, ut dici ſolet, præ-
rea nemini,quaſi Cancellarius ducem
populo referat, hic unus creatur co-
tiis magni cõſilii. Cæteri omnes qui
ecretis ſunt decem-viris eliguntur,
q; ſubduntur eorum cenſuræ, ſi quid
functione publica quam habẽt deli-
erint. Omnes etiam populares cœtus,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ut artificum claſſes & cujuſque artifici
præfecti, nonnulliq; alii de quibus infra
dicemus, ex arbitrio decem-virûm pen-
dent ac eorum ditioni ſubjecti ſunt: il-
liuſq; collegii authoritate & initio con-
ſtituti fuere & nunc continentur. Sa-
piens certe inſtitutũ, ut is magiſtratus
provideat, ne hujuſmodi cœtus qui ad
bonum publicum ſunt inſtituti, quan-
doq; ſimulatione officii aliquid in rem-
publicam molirentur: qui ad ejus mo-
bi cautionem initio creatus fuit, ne qu
ſcilicet malorum civium conſpirati-
faceſſeret negocium reipublicæ. Sunt
præterea Venetiis quinq; ſocietates in-
tæ ſub divorum quorundam nomin
& religione, innumeri homines ſunt &
plebei & patricii ordinis. Harum ſua
quæq; veſtes habet ſuaq; inſignia, qui-
bus tamen non ſemper ac paſſim utun-
tur, ſed cum ſimul coacti prodeunt, aut
ad honeſtandum cujuſpiam funus, aut
ad ſacrũ quodpiam munus. Feſtis dieb
ſtatutis cuncti fere in ſuam ſocietatem
coguntur. ibi ſacris primum interſun
deinde inviſunt templa deorum im-
mortalium, Deumq; optimum ſuppli-
cationib⁹ pompaq; ſolenni venerantu
harum quæque ſocietatum propriam
ædem habent, in qua amplum atrium
ædificatum eſt, quo ſtatutis diebus con-
veniunt

veniunt,ut exhibeant officium religioni quod debent. Etenim celebrãt quandoque ſacra myſteria, interdum ſimul coacti templum cujuſpiam Divi inviſunt, ſæpius exequias ac funus fratris exornant, cum eorum quiſpiam diem extremum clauſerit: cujus etiam delicta expiant ſacrificio ac precibus identidem repetitis. Præter ampliſſima illa atria ſingulæ deſtinatum conclave habent, in quod coguntur ſocietatum præfecti, qui magiſtratus eſt annuus, atque inter plebejos non mediocris dignitatis. hi ſimul congregati de agendis conſultant, dantq; operam ne qua in parte deſint bono ſocietatis. eorum quoque fidei magna vis pecuniæ pauperibus erogandæ commiſſa eſt. nam priſcis temporib⁹ tam ingentis fuerunt exiſtimationis hæ ſocietates,ut plurimi qui rem ſuam teſtamento legaverant in uſum pauperum diſtribuendam,hos potiſſimum tutores fecerint, quorum arbitrio ea pecunia erogaretur. quo effectum eſt ut harum ſocietatum aliquæ copia facultatum quæ in hos uſus erogandæ ſunt, quotannis procuratoribus divi Marci concedant: qui magiſtratus patricius ampliſſimus eſt. Ad hunc honorem, præfecturam ſcilicet iſtam ſocietatũ, patriciis viris nullis eſt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

acceſſus quamvis ſint è numero fratrum: ſed plebeii tantũ homines illius dignitatis compotes eſſe queunt, ut hac etiam in parte populus nobilitaté æmularetur. hi namque ſocietatũ præfecti quodammodo in populo referunt procuratoriam dignitatem. Verum ne qua ratione hujuſmodi ſocietates atq; hi præfecti reipubl. officerent, omnes ſub poteſtate decem-virûm continentur, ut ne quid immutare queant, aut in unum cogi præter tempora ſtatuta, niſi ex eorum arbitrio ac poteſtate à Decemviris impetrata. Hujuſmodi honores in noſtra republ. viris plebeiis utriuſque ordinis conſtituti ſunt, ut omnino expertes non eſſent juris publici ac civilium munerum, ſed cupiditati honoris ambitioniſve hac ratione ſatisfacerent, non ſollicitato perturbatione ſtatu nobilium. Quo gubernationis temperamento id eſt reſpublica noſtra conſequuta, quod priſcarum nulla alioquin illuſtrium. nam à primis initiis uſq; ad hæc tempora mille ac ducentis annis tuta perſeveravit, nõ tantum ab exterorũ hominum dominatu, verum etiam à civili ſeditione quæ fuerit alicujus momenti. quod adepta eſt non vi ulla aut armatis ſatellitibus ſeu munita arce, ſed æqua ac tẽperata ratione

regen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

regendi: adeo ut populus libenti animo pareat nobilitati: neq; ullam mutationem rerum optet, quin potius egregie ſit affectus nobilibus. Quæ res noſtra tempeſtate potuit eſſe compertiſſima. Nam cum omnes Chriſtiani principes conſpiraſſent in perniciem atque exitium nominis Veneti, fuſuſque noſter exercitus fuiſſet à Ludovico Gallorum rege juxta Caſſanum oppidũ agri Cremonenſis ingenti clade accepta, imminerentque inde Germani, hinc Iulius Romanus pontifex, ac univerſa pene continentis ora ab imperio Veneto deſciviſſet: ea rerum anguſtia perturbatus Venetus populus, adeo nihil in nobilitatem eſt molitus, ut lachrimantes omnes ſe ſuaque obtulerint ad reipub. defenſionem, atque ipſa præſtiterint. Nam Patavio urbe propter incolarum animum erga nos egregie propenſum nullo negocio recuperata, cum Maximilianus Imperator undique contractis auxiliis ingenti exercitu eam urbem obſediſſet, quamplurimi non tantum patricii verum etiam plebeii ordinis ſponte cum militibus ſtipendio eorũ privato conductis ad tuendam illam civitatem profecti ſunt, egregiamque in ea expeditione operam navarunt: adeo ut imperator coactus fuerit redu-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cere exercitum expugnatione urbis nõ tentata. nec minori negocio aliæ quoque civitates recuperatæ ſunt, maximo populorum omnium favore ex alieno imperio ad Venetum veluti ad portum tutiſſimum confugientium. Evidens certe argumentum juſtę dominationis cum volentibus imperatur. quod non abſque ratione contigiſſe, ſi quis bene attenderit, facile comperiet. Cuique etiam civitati quę in ſocietatem Veneti imperii venit, municipales leges relictæ ſunt, multiſque honoribus cives in ſua quoque civitate potiuntur, nonnulla oppida in agris urbium ſita eorum ratione gubernantur. His adde quod prætoribus civitatũ qui illuſtres ſunt, aſſident cum jus populo dicant homines juriſperiti: quibuſcum conſultant antequam quippiam decernant. qui honos eſt non exiguus, nec modicum inde emolumentũ ad eos venit. hujus generis magiſtratibus fungi patricii Veneti non poſſunt, ſed vel ex Veneto populo, vel, ut plerumque, ex ſociis civitatibus deliguntur. Ex quibus facile quivis intelliget, eam adhibitam fuiſſe in hac republica moderationem, quæ maxime videatur rerum naturam imitari. Nam in animantis corpore videndi officium reſpiciendique munus

ſolis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſolis oculis eſt attributum. reliqua vero munera ignobiliora cæteris membris relicta ſunt, quæ uſu videndi careant, ſed pareant, nec aliquo pacto obaudiant his quæ ab oculis ita eſſe nunciata fuerint, neve alio ferantur quam quo oculi ea direxerint: ſicque optime univerſum corpus conſiſtit & conſervatur. Non diſſimili ratione in republica Veneta ſumma rerum gubernatio patritio ordini eſt demandata, veluti quibuſdam oculis civitatis, ignobiliora officia cæteris ex populo: ſicque tanquam bene compactum corpus Veneti fœliciſſimè vivunt, cũ oculi reipublicæ non ſibi tantum ſed univerſis membris proſpiciunt: cæteræ vero civitatis partes non tantum ſui habeant rationem, verum etiam hiſce oculis veluti potioribus membris reipubl. libentiſſime obtemperent. Quod ſi in quapiam republica eo inſaniæ venerint cives, quod in pleriſque contingit, ut populus videndi munere fungi velit ac oculorũ officium uſurpet, continuo univerſam rempublicam neceſſe eſt everti. Quod ſi etiam patricii cives ſibi tantum proſpexerint, alia vero civitatis membra contempſerint, irritato populo ad perniciem nobilitatis procul dubio reipublicæ male ſucceſſerit. Noſtri majores



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

naturam imitati utrique incommodo providere, illamq; præſtitere moderationem, ut nullus niſi invidus locum habeat obtrectandi tam legitimę quam optimæ inſtitutioni. Quā Deum optimū precamur diu ſervet incolumem. ſi enim quippiam boni à Deo immortali hominibus provenire eſt credibile, hoc præcipue divinitus Venetæ urbi obtigiſſe perſuaſiſſimum eſſe debet.

---

*Viro Clariſſimo*

IOANNI FRANCISCO CORNEANIO

*matrueli ſuo.*

BALTHASAR BONIFACIVS.

*S. D.*

REGES Lacedæmoniorum, apud quos ejus Reipublicæ militaris poteſtas erat, cum civile imperium penes Ephoros eſſet, duplicis ſuffragii jure utebantur; duoſque calculos ponebat quiſquis excelleret Regia dignitate; quod ex Xenophonte, Plutarcho, Luciano, cæteriſq; priſcæ hiſtoriæ ſcriptoribus ſatis conſtat. Idem juris habere Venetorum Hegemona vulgo fama percrebuit, quam veritati, reique ipſi adverſari inter peritos publicæ adminiſtrationis compertiſſimū eſt. Nam

quem.

quemadmodum Lacedęmone duo Reges creabantur, qui ſinguli binos calculos inferrent, imo tertium quoque ſi quid pro ſe decerni vellent, ſuperadderent; reique militari ſummo cum imperio præeſſent: Ita ex contrario Venetiis unus tantum Dux dici ſolet, qui nihil bellicæ authoritatis, præter nomen, habeat, quiq; non amplius, quam Princeps ſenatus, priore loco ſententiam dicat; unumque duntaxat, idque primum, ſuffragium ferat. Ut pereleganter neſcio quis dixerit, Venetorum Hegemona pompa & ornatu eſſe Regem, poteſtate ſenatoré, in Urbe captivum, extra urbem reo proximum, ac tantum non hoſtem: neque enim licet illi, ſenatus injuſſu Urbe excedere. Hæc ut in literas darem, ad tollendam, quæ temere increvit opinionem, Vir clariſſime, præcepiſti. Sed & illud viſum eſt tibi noſtræ huic qualicunq; diligentiæ committere, ut ſuffragandi modum, quo Patres utuntur, manſuris apud poſteros monumentis conſignaré. Quanquam enim noſtris omnium votis, hominumque communi judicio, forſitan etiam Deorum immortalium fato Inclytæ Venetiæ, quam merito Vrbem Æternam nominamus, non niſi cum rerum natura, & mundi machina pe-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

rituræ videantur, æquum tamen eſt ut pulcherrimi inſtituti ratio, atq; ingenioſiſſimi inſtrumenti longe utilior quam operoſa ſtructura, cujus inventor perpetuum ducentorum aureorum ſtipendium ex ærario retulerit, exteras nationes non lateat, quo vel exemplo juvari, vel admiratione oblectari poſſint. In Comitio maximo, cui majoris Conſilii nomẽ eſt inditum, viginti ſubſelliorum ordines recti, æquidiſtantes & nuſquam convenientes, tamquam parallelæ quædam lineæ, per longum producuntur, in quibus Patricii ſedent ſuffragium daturi. Ordo item alius, qui ſuperior vocatur, quod ſupra cæteros aliquantiſper emineat, parietibus hærens, totum Comitii conclave circum ambit. Singulis autem ordinibus inſerviunt aliquot pueri, impuberes fere, & quartum decimum annũ non excedentes; ex tribus ephebiis, Pietatis, Incurabilium, Divorumque fratrum Pauli & Ioannis, ubi publice aluntur, evocati in hoc miniſterium; terni fere, aut quaterni ſingulis Patriciorum lineis aſcripti, neq; enim ſunt plures quatuor & quinquaginta uniformi habitu induti, hoc eſt chlamide punicea tantiſper infra genua, non tamen uſq; ad talos demiſſa; ad femur dextrum peris coriaceis accincti,

inƐti, è quibus ſuffragia ſingillatim roducta ſingulis Patriciis ſingula dantur; ſimulque porriguntur cadiſci, pyxides inquam, ſuffragatoriæ, in quas ab pſis Patriciis ſuffragia conjiciantur. Porro hujuſcemodi ſuffragia non fabę, ut lupini, non calculi, nõ tabellæ punctis inſignes, aut lineis, non ſpondyli æneı, non conchæ, non teſtulæ, non oſtracia, non deniq; oſſa ex porcinis cruribꝰ, unde Grçcis χοιρίναι, ἀπὸ τοῦ χοίρου, ſuffragia latinis, à ſuffraginibus videntur nuncupata; ſed globuli ſunt, ad nucis avellanæ magnitudinẽ prope accedentes, ex ſcutis linteis cõſuti, ne ſcilicet in vaſculũ decidentes, ſtrepitu prodant ſuffragatorem, ſed leniter, & ſine ullo ſonitu delabantur. Cadiſcus enim ea concinnatus compactuſq; induſtria eſt, ut, cum duas quaſi cellulas conjunctim habeat, alteram viridem negantem, alteram candidam affirmantem, ſitque ſuperne contectus & concameratus, unumque tantummodo os proferat, in quod ſuffragatoris brachium inſeratur, pervium cuiq; ſit in utram velit cellulam ſuffragium occulte & clanculum ponere; nemine intelligente, utrum is legem rogaverit, an abrogaverit. In fronte vero hujus Curiæ, ſeu Concilii majoris, quæ quidem eſt pœcile, longe

late-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

lateque ampliſſima atq; auguſtiſſim.
cōſpicuum omnibus extat Prætorium
ſive Tribunal, in quo medius ſedet Prin-
ceps inter eos, qui Reipubl. præſun
In utroq; cornu editioris hujus ſugg
ſtus capſulæ duæ ſtatuuntur, rectāgul
non tamen quadratæ ſed altero tant
latitudine longiores, non ſolum loc
ſed etiam colore inter ſe diſtinctæ, a
dexterā candida, in qua quæ rogatior
aſſentiuntur; ad lævam viridis, in qu
quæ diſſentiunt ſuffragia numerantu
Fit vero ingentis numeri mira celerita
te, certitudine, & facilitate ſupputatio
Nam utraq; capſula operculum habet
digituli ſpiſſitudine, ſuperficie plana a
læviſſima aſſerculis eminentibus cir
cumquaq; vallatum, inſtar cribri ordi
nate pertuſum, ducentis foraminibu
interſtinctum, quibus totidem globul
ſeſe inſerunt, manu tantū expanſi, au
radiolo protruſi: ſuſtinentur autem, ne
decidant, neve per foramina dilaban-
tur, tabella quapiam habili, ſuppoſiti-
tia, pertuſo illi operculo ſubtus cohæ-
rente hinc ad latus capſulæ cardinibus
affixa, hinc ad latus diverſum obſerata.
Vbi vero foramina oppleta, & globuli
reliqui, illic prius acervatim projecti, in
acetabulum quoddam mobile & con-
cavum, ad caput capſulæ binis anſulis
vin-

inctum,atq; aptatum,radio ſunt propulſi; cumque jam certum eſt globulos
os, foraminibus inſertos, nec minus
ſe,nec plus,quam ducentos,compreſ
ferramento quodam,ultro citroque
iſtar ſerræ Germanicæ commeante,
xatur tabella illa inferior, quæ perfoatam alteram occludebat,foraminaq;
actenus obſtructa,aperiuntur; tabella
la, quæ alteri ſubſternebatur, inferius
edente; & globuli ſtatim ſponte ſua
fundum capſæ præcipitant. Nec
nora, adducto funiculo, aſſerculus ille
nferior, perforatæ rurſum tabulæ adhærens foramina obturat; nam peſſulus,qui venienti conceſſerat, prætergreſſum intercipit. Mox verſantur alii
enuo calculi ex acetabulo, foraminius includuntur; eoque, quem proxine declaravimus, modo numerantur.
Tam admirabile artificium, nunquam
poſt homines natos excogitatum, ab
mportuna ſannionum ſcurrilitate viletur, quaſi à piſtoribus mutuo acceptum, quorũ artophora rotundis quibuſdam,concaviſque ſcutulis ita panes
excipiunt, ut ſine ullo enumerandi labore exploratiſſimum ſit, quot uno
quoq; artophoro panes contineantur.
Ac ita prorſus inveniendorum Antipodũ fertur ab invidis exprobata facilitas
Chri-

Chriſtophoro Columbo. Quos ille pe
quam ſubtiliter eluſurus, ſponſio
conventa juſſit eos ovum ſtans, ut er
ctum in menſa collocare. Quod cu
illi fruſtra conarentur, tandemq; fact
impoſſibile pronunciaſſent; ille ovu
ad perpendiculum allibratum, crebro
ad aſperiorem tabulam frictu aliquan
tiſper obtuſum, ſtatuit in menſa recti
ſimum: Tritum illud uſurpans, faci
eſſe aliena inventa reprehendere, arc
naq; hactenus eſſe arcana donec igno
rantur: At, ubi reſcieris, quæ diffici
lima videbantur, videri facillima. Vale
Tarviſio, Die intercalari anni biſex
tilis, cIↃ IↃ c XXVIII.

---

*Ampliſſimo Vrbis Maximæ Senatori,*

DOMINICO MOLINO

*Hero ſuo beneficentiſſimo.*

BALTHAS. BONIFACIVS

*S. D.*

NON tantum Adriaticum, &
Ionium, verum etiam Ægeum
& Pamphylium, totumq; adeo
Mediterraneum Venetorum claſſibus
velificatum, univerſaſque opes, & o-
mnem potentiam Italiæ principis po-
puli è mari hauſtum fuiſſe; & Vrbem
urbium

rbium Venetias, Reginamq; olim Pe-
oponneſi Lacedæmona diverſis inter
: fatis uſas, apud omnes conſtat. Hanc
nim tradit Philoſtratus, quandiu ter-
eſtribus negociis intenta fuit, ad cœ-
um uſq; gloriam ſuam extuliſſe; poſt-
uam vero maritimis ſtudiis ſeſe dedit,
d incitas redactam, & propemodum
xtinctam, terræ pariter, atque maris
mperium amiſiſſe. E converſo Vene-
ias multo præclarius maritimis, quam
erreſtribus ſtudiis, atque artibus flo-
uiſſe, & feliciorem mari, quam terra
uiſſe liquet. Quippe quæ, ceu miracu-
um quoddam, tota in æquoris ſuper-
icie ſita, nihil ſolo debeat. Huic ſiqui-
dem Vrbium unicæ accepto ferimus,
quod Italia noſtra neq; Græcorum ma-
chinamentis, neq; Barbarorum cona-
tibus, neq; Romanorum operibus quic-
quam invideat. Nam, ut alia tranſeam,
cum veteres Regis Perſarum Cyri deſi-
diam verius & ineptiam, quam laborẽ
atque induſtriam ſuſpiciant, qui Pyn-
dem, Aſſyriæ fluvium, cujus vorticibus
unus ex iis equis, qui trahere Regium
currum albi ſolebant, fuerat abreptus,
tam ſevere multavit, ut eum in trecen-
tos ſexaginta rivulos diduxerit; nos
multo rationabilius Venetorum ſoler-
tiam admiramur, qui urbem ſuam ita
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

in mari medio collocarunt, ut mare ipſum, in quingentos, eoque amplius nilos, & canales mirifice diviſum, omnibus ſeſe tantę Vrbis anfractibus, & omnium fere domorum penetralibus inſinuet. Sed & aliud quiddam non minus mirabiliter atq; operoſe, quam magnifice & ſapienter memoria noſtra Veneti fecerunt. Herculis enim labores, Græcorũ fabulis inclytos, pari animo, ac viribus æmulati, Eridanum, & Medoacum, amnium Italiæ non obſcuriſſimos, impenſa atque induſtria pene incredibili avertentes, aliò detorſerunt. Nimirum metuentes ne ſtagna maris fluminum influentium impetu oblimarentur. Nam & Herodotus aſſerit Acheloum, per Acarnaniam in Echinadum pelagus influentem, eas inſulas media ex parte feciſſe continentem; & Diodorus memoriæ poſteritatis mandavit, Ægyptum, cum mare olim eſſet, Nili inundationibus exaggeratam, paulatim in ſiccam, & habitabilem terram evaſiſſe. Quod ſi parva magnis conferre licet, maribus in euripos diſpertitis, ac fluminibus in dioryges diſſectis ſuffragatoriam pyxidẽ tres in partes belliſſime diviſam, libenter comparaverim. De illa nunc loquimur pyxide, quam adhibent Venetorum magiſtra-

ſtratuum Collegia, cum de fortunis, aut capite civium cognoſcunt: nam de urna illa duplice, qua utuntur quoties munera atque honores diſtribuunt, ſatis à nobis alio loco dictum putamus. Græcis judicibus, ſuffragium daturis, duæ tantum urnæ apponebantur, altera ἐλέȣ, hoc eſt miſericordiæ, quæ abſolveret, altera θανάτȣ, hoc eſt mortis, quæ condemnaret. Romanis vero tres veluti ſchedulæ porrigebantur, quarum uni A. hoc eſt Abſolvo, alteri C. hoc eſt Condemno, tertiæ N. L. hoc eſt Non Liquet, inſcriptum erat; ut illam quiſque in vaſculum poneret, qua ſenſum, voluntatemque ſuam ſignificare ſe commode poſſe arbitraretur. Sed Veneti ex utriuſque gentis inſtitutis quod optimum erat decerpentes, ſubtiliter & prudenter unicam illam, eandemque triplicem pyxidem machinati ſunt, quæ cum tres habeat cellulas, primam condemnantem, ſecundam dubitantem, tertiam abſolventem, unico operculo affabre conjectas, & unum duntaxat oſtium, ſeu potius foramen exerat labroſum, ut exporrectum, manus in pugnum contractæ, & primoris lacerti capax; proclum & pervium cuique eſt aut con-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

demnare, aut abſolvere, aut neutrum
facere. Ac, ut nemo divinare, ſed n
ſuſpicari quidem poſſit, quam in cellu
lam calculum injeceris, poſteriore eſſ
loco feliciorem voluerunt, quo ſcilice
oporteret manum tuam per alias mi
nus proſperas cellulas tranſire, ante
quam ad meliorem perveniret; poſſet
que facile, tam eunte manu, quam re
deunte, calculus, ſummis digitis excuſ
ſus, in peiorem urnam decidere. Hæc
mihi abs te, Domine, perhumaniter in
dicata, non tam tibi, quam ſeris olin
naſcituris nepotibus, ſi modo ſcriptio
nes meæ genium habebunt, declaran
da putavi; me de hominum genere be
ne aliquid mereri poſſe ratus, ſi pul
cherrima patriæ noſtræ inſtituta ad ſe
motas quoque & diſcluſas ab Italia na
tiones transferenda curarem; quibu
edoctæ, publicis aliquando rebus con
ſulerent. Illis enim fortaſſe gratum fe
cero, qui Venetorum comitiis nun
quam interfuerunt; præſertim cum d
ſuffragiis nonnulla ſcripſerit Contar
nus, Reipubl. lib. ... cap.... quæ tem
pus hoc præſens inſpicientibus, partin
ſupplenda, partim etiam corrigend
videantur. Vale. Tarviſio pridie No
narum Martii cIↃ IↃ c XXVIII.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

III.

# YNOPSIS REIPVBLICÆ VENETÆ,

uct. IOAN. COTOVICO Vltrajectino I.V.D.& Milite Hieroſolymitano.

## CAP. I.

*Reipublicæ Venetæ idea generalis.*

RESPVBLICA VENETA mixtionem omnium Statuum refert: videlicet,

*Monarchiam*, ſive Regium rincipatum; qui penes Ducem eſt.

*Ariſtocratiam*, ſive Optimatium ubernationem; quæ conſtat ex Senau, qui cxx. Senatores habet; decemris quorum Collegium XVII. Senaorum numerum; & Seniorum ſeu ræconſultorum Collegio, quod è XVI. onſtat Senatoribus.

*Democratiam*, ſeu Populare regimen. Idque ex univerſo civium conat conventu, ac Venetorum Manum Conſilium conſtituit: à quo univerſa pendet reſpublica.

## CAP. II.

*De Duce, ejuſque munere.*

DVx itaque primum in Republica locum tenet.

Regiam præ ſe fert poteſtatem.

Regiam ſpeciem habet, ac gravitatem dignitatemque Regis ſervat.

Venerabilis in eo eſt cultus: purpura & holoſerico in omni tẽpore veſtitur, aureoque interdum pallio, ac ſtola candida uſus, in publicum prodit; caputque tenui vitta obtectum habet, & coccinea infula (quam limbus aureus præcingit) fronte decorè aptatur, ac retro in teretis formam cornu attollitur; albæq; armellinorum pelles circum ſcapulas ad medium uſque demiſſæ majeſtate plenum conſpectum reddunt. Geſtat & picturata ſandalia, fibulaſque aureas, & baltheum gemmatum.

Sedẽ habet in ſuggeſtu veluti Regiam.

Præter publicos, peculiares etiam officiales & miniſtros habet, variis nominibus tituliſque inſignitos, & è publico ſtipendiatos. Cancellarium nimirum, quem vulgo Inferiorem vocant: Equitem vulgo Ducis appellatum: Sacellanum, Clericum, & Domicellos duodenos, vulgo *Donzellos* dictos: qui omnes dum in publicum prodit, præcedunt & honoris cauſa comitantur.

Omnes cives tum privati, tum magiſtratum tenentes, detecto capite, & ſtantes, ſedentem alloquuntur: ipſe vero nulli aſſurgit.

Cunctæ epiſtolæ Reipublicæ ſub nomine ipſius prodeunt, obſignanturque ſigillo plumbeo.

Decretorum, Legum, ac Senatusconſultorum promulgationes nomine ejus fiunt.

Nummi omnes, tam aurei quam argentei cum nomine ac figura ejus excuduntur.

Orator quivis, Prætor, Præfectus, aut quilibet alius ad Senatum ſcribere quid volens, literas ad ipſum deſtinat.

*Ducis* munus eſt, ut

Magno Conſilio cæteriſq; Collegiis Optimatium dum vixerit præſideat:

Quoſcunque magiſtratus in officio ita contineat, atque ea ratione moderetur, ut veluti quadam harmonia omnia conſonent communi bono:

Singulis diebus Mercurii magiſtratus omnes adeat, eorumque ſubſellia viſitet, ſui muneris ut reminiſcantur, privatorum cauſas ne negligant, neve negligentia publicæ utilitati officiant, admoneat:

Nulla privata functione utatur, ſed ubiq; boni communis curam habeat, & tanquam in alta Reipublicæ ſpecula poſitus, quid unuſquiſque, præſertim qui publicis funguntur muneribus, agant, diligenter inſpiciat & inquirat:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Si quempiam ſuo deeſſe officio com-
periat,accerſitum coram univerſo Col-
legio verbis primum acriter objurget:
aut ſi ita res ferat, Advocatoribus, ſeu
Decem-virorum præfectis mandet cul-
pam ejus dignoſci:

Omnibus ſe adjungat magiſtrati-
bus,ac par cum ſingulis habere ſuffra-
gium libere poſſit:

Solus nihil efficere valeat: aliis vero
magiſtratibus adjunctus, non amplius
auctoritatis obtineat, quā quivis alius
eorum qui eo magiſtratu funguntur:

In comitiis denique neque gentili,
neque conſanguineo competitori ſuf-
fragari poſſit.

Ex his facile liquet,omnem Princip
facultatem eſſe ademptam Principatu
abutēdi, aut pro tyranno ſe gerendi;&
licet ſpeciem Regis in eo ubique cernas,
poteſtatē tamen nuſquam conſideres.

## CAP. III.

### *De Senatu, ejuſque munere.*

SENATVS centum viginti Senatores
habet. Ex iis ſexaginta Ordinarii, ſe-
xaginta *Della gionta* appellati.

Sexaginta ordinarii ſingulis creantur
annis,publicis Magni Conſilii ſuffragiis,
Auguſto nempe & Septembre menſi-
bus; eo ſervato ordine, ut ſingulis Co-

mitiis

nitiis ſex eligantur Senatores, quouſq; ſexaginta electorũ expleverint numerum. Hic honos vacationem non habet, ut cæteri magiſtratus: is enim qui prius electus fuerit, poteſt denuo eligi.

Sexaginta reliqui, vulgo *Della Gionta* appellati, adſcripti ſunt prioribus, qui ad tertium Kal. Octob. coacto Senatu à ſingulis primi ordinis Senatoribus, eliguntur, & ſi poſt plura dimidiis, aut ſaltem dimidia Magni Conſilii ſuffragia tulerint, eo anno adſcripti Senatui habentur; ea lege ne plures quam duo gentiles in eorum numero ſint; cum tres tantum ejuſdem gentis in numero Senatorum Ordinariorum eſſe queant.

His centum viginti Senatoribus pari jure adjunguntur; Dux, Conſiliarii, ſex Præconſultores ac cæteri Prudentum ordines, Decemviri, Quadraginta viri, Iudices capitalium cauſarum, Salis & Annonæ frumentariæ præfecti, Salubritatis & Arſenatus ſeu rei navalis præfecti, D. Marci Procuratores; multi præterea alii Magiſtratus. Adeo ſumma omnium bis centum & viginti Senatores excedat. Hi

Vniverſæ gubernandæ Reipublicæ curam habent:

Paces & bella publico decreto ſuſcipiunt:

Pecuniam omnem Reipublicæ exigi jubent:

Nova tributa & decimas imponũt:

Eligendi Oratores, qui ad exteros Principes mittantur, jus habent:

Collegium etiam Sapientum qui Senatũ cogunt, & ad ipſos referunt, alioſque præterea magiſtratus primarios creandi auctoritatem habent.

## CAP. IV.

### *De Decem-viris, eorumque Collegio.*

DECEM-VIRORUM Collegium ſepdecim Senatorum numerũ explet. Ex his decem numero Magni Conſilii ſuffragiis eliguntur, & ordinarii ſunt; eamque vocationem habent, ut ei qui per diem in eo magiſtratu fuerit, fas non ſit proximo biennio procurare, quod de ſe in decem-viralibus comitiis mentio habeatur. Ex horum numero ſingulis menſibus ſorte eliguntur tres Senatores. Hi Principes Collegii ſunt, vulgo *Capi de Dieci* dicti, & jus cogendi decem-virale collegium habent, referendique ad illud: conclave item privatum, in quo quotidie conveniunt, nec non privatos miniſtros, janitores, apparitores, ſtipatores habent: Literas ad Collegium decem-virale ſcriptas legunt, & de illis ad idem referunt. Ne tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tamen temere cogatur collegium, duo
ſint, opus eſt qui referre velint de ea-
dem re; ſeu quatuor Conſiliarii, qui
etiam cogendi illud jus habeant.

*Decem-viris* enim hiſce adjungũtur:

*Princeps*, de quo ſpeciatim ſupra
actum eſt; tum

*Conſiliarii* ſex. Horũ peculiare eſt, ut

Ex ſenis tribubus ſeu regionibus (in
quas univerſa civitas diviſa eſt) ſinguli
eligãtur: hoc ſervato ordine, ut tres ci-
tra magnũ Rivum, tres vero alii ultra,
ex unaquaq; Vrbis regione aſſumãtur:

Octo menſibus Duci aſſideant:

Quatuor vero menſibus Præfectos
Quadraginta-viralis Conſilii (cui ca-
pitis graviores cauſæ ſunt demanda-
tæ) agant:

Simul cum Principe omnium quæ
ad Remp. ſpectant, curam habeant:

Publicis literis quatuor ſaltem ſub-
ſcribant; non his quæ prodeunt, ſed
illis quas Scribæ publici primum ſcri-
pſerunt, ac poſt edita exempla ſervant:

De rebus maximi momenti ad Ma-
gnum Conſilium ſoli vel cum trium-
viris referant:

Ad Senatum quoque cum Præcon-
ſultoribus, & ad Decem-virale conſi-
lium cum ejus Conſilii Præfectis refe-
rendi jus habeant.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Princeps* itaque, Decem-viri & ſe Conſiliarii ſimul *Decem virale* ſeu ſeptemdecim Senatorum conſtituunt Collegium: quod ſummæ eſt auctoritatis, ad inſtar Dictatoriæ poteſtatis. Præcipue nimirum curam habent,

Ne qua inter cives diſcordia, quæ ſeditionem pariat, oriatur:

Ne qua factio, aut ne quis perniciosus civis Reipublicæ inſidias moliatur:

Ne quis nummos adulterinos cudat:

Ne Venere maſcula quiſpiam utatur:

Neve alia graviſſima quælibet crimina & enormia facinora quis committat:

Si qui contra faciant, in omnes ſummam auctoritatem animadvertendi habent.

## CAP. V.

### *De Collegio Seniorum ſeu Præconſultorum, &c.*

SENIORUM ſeu PRAECONSULTORUM Collegium è ſedecim conſtat Senatoribus & in tres ordines diviſum eſt.

Primus ſex continet Senatores, cives primarios, vulgo *Savii grandi* Sapientes magnos, appellatos: qui alios & dignitate & rerũ experientia facile antecellunt, deq; adminiſtranda Republica, de bello & pace, atque aliis majoribus rebus præconſultant, & ad Senatum referunt.

Se-

Secundus quinque cives habet, vulgo *avii di terra firma*, Sapientes Conti-entis dictos: qui etſi parem auctori-item referendi ad Senatum habeant, iperioribus tamen & dignitate & æ-imatione longe inferiores ſunt. Cu-im vero præcipue habent militum, ui Reip. ſtipendio aluntur, & merent ub Veneto Imperatore.

Tertius ex quinque conſtat civibus, ſque adoleſcentibus, ac primæ lanu-inis hominibus, eruditioribus tamen c in literis verſatis: qui cæteris inferio-es ſunt, & de rebus maritimis ad Se-natum referunt; dicunturque vulgo *Savii de gl'ordini*.

Hiſce præconſultoribus adjungun-tur, Princeps, Conſiliarii Sex, Triumviri Quadraginta-virûm cauſarum crimi-nalium Præfecti. Ita ut univerſum Col-legium reapſe ex XXVI. Senatoribus, ſeu Patritii ordinis civibus, conſtet.

Hujus Collegii conſeſſus talis eſt. Se-det Princeps medio ſublimis ſolio; jux-taque eum Conſiliarii, ii qui ex ſenis tribubus Vrbis eliguntur; hoc pacto, ut tres dextrum, tres vero ſiniſtrum cin-gant latus, parique ratione & Præcon-ſultores primæ & ſecundæ claſſis ſe-quuntur. Tertii autem ordinis Sapien-tes, loco paulo inferiori conſident.

Horum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Horum omnium officium eſt:

Singulis diebus (Dominicis feſtiſque majoribus exceptis ) in Ducario convenire:

Ad tertiam diei horam privatos audire homines, quibus aliquid rei eſt in Republica, aut cum quopiam magiſtratu, eaſque cauſas decernere, aut delegare, aut ad Senatum referre:

Poſtea Epiſtolas omnes quæ ad Senatum mittuntur (legente eas Scriba qui à Secretis Reipublicæ eſt) audire:

Demum ſi Oratores fuerint Principum, qui audiri velint, auſcultare.

*Præconſultoribus* tamen peculiare: ut

Semeſtrem magiſtratum gerant:

Singulis diebus privatorum cauſis atque Oratorum Principum auditis petitionibus, in conclave conſultaturi de negotiis publicis ſecedant, hoc ſervato ordine:

Præfectus ſeptimanæ (nam per vices ſingulis hebdomadibus quilibet præ cæteris agendorum curam habet) rem proponit de qua Conſilium ſit adeundum, ſinguloſque ſententiam rogat.

Primæ claſſis conſultores, & ex iis qui proximis ſeptem diebus præfuit, primo reſpondet ; deinde maxime ſenex, atque inde cæteri, prout ætate præſtiterint. Poſtremi autem ordinis

Con-

Conſultores ſilent niſi de maritima re
gatur. Vltimus omnium qui alios ro-
at, remque deliberandam propoſuit,
ententiam ſuam adfert. Re diſcuſſa, ſive
n eandem ſententiam convenerint,
ive in duas aut tres diviſi fuerint, Prin-
ipem conveniunt & Conſiliarios. De-
uo re iterum tractata, omniumque
ententiis recitatis; cui Princeps Conſi-
iariique adhęſerint, ſcriptis mandatur.
Poſtremo cogitur Senatus; coram quo
quæ à Collegio Præconſultorum deli-
berata fuerint, primum tractantur; eo-
umq; ſententiæ, quibus plures quam
dimidia pars Senatorum fuerint ſuf-
fragati, pro decreto habentur.

## CAP. VI.

### *De Scribis publicis, deque Magno Cancellario.*

SIngulis Optimatium Collegiis, quæ Ariſtocratiam in Republica Veneta repræſentare dictum eſt, *Scribæ Publici*, qui à Secretis Senatus ſunt, atque ex populi honeſtioribus cenſentur, publicisq; decem-virûm ſuffragiis eliguntur, aſſident. Hoc illis injuncto munere:

Vt ſemper Collegii & Senatus conſultationibus interſint:

Nullum eos Senatusconſultũ lateat:

Eorum fidei & ſolertiæ codices ſcri-

ptaque

ptaq; publica (quibus res omnis privata & publica cõtinetur) commiſſa ſint.

Stipendio hinc gaudent ad id cuique è publico conſtituto non mediocri.

Ex his rurſum nõnulli ſeliguntur, qui Decem-viris miniſtrant, eorumq; acta in codices referunt, ac conſcii omnium ſint, quæ in illo Collegio aguntur. Qui in honore perdurant quoad vixerint.

Ex his demũ Magni Conſilii ſuffragiis unus ſeligitur, qui primas partes tenet, ac vulgo *il Gran Cancelliero* nominatur, id eſt, *Magnus Cancellarius* Venetiarũ, & in maximo eſt honore & pretio.

Nam Equeſtri dignitate inſignitur:

A quovis Patricio ei loco ceditur, præterquã à Procuratoribus D. Marci.

Nullum in republ. ignorat arcanũ.

Magni ſunt ei reditus ex ære publico conſtituti:

Cumque diem obierit, funebri oratione honeſtatur: quæ dignitas nulli in Veneta Civitate deferri conſuevit præterquam Duci.

Ita ut Cancellarius Ducem quaſi ex populo referre videatur.

## CAP. VII.

### *De Conſilio Magno.*

MAGNUM CONSILIUM ex univerſo Civium conſtat conventu: ab eo-

que

ne univerſa pendet Reſpublica. Colle-um eſt autem ex ſolis Patritii ordinis vibus, qui vigeſimum excedentes an-um, poſtea quam ab Advocatorio agiſtratu, nobili ſeu patritia ſe ortos milia, non ſpurios, ſed matrimonio gitimo natos duobus teſtibus fide di-nis probaverint, patris inſuper ſeu atris, aut iis orbati, proximioris con-nguinei jurejurando vigeſimum ſe xceſſiſſe annum docuerint, ſortis be-eficio jus ſuffragii ferendi in Comitiis dipiſcuntur. Vel quibus ſors non fave-it, ubi vigeſimum quintum annum xegerint, tandem publicæ poteſtatis articipes fiunt, atque in hunc nobili-atis cœtum admittuntur.

*Hujus* munus eſt,

Leges omnes quæ ad conſtitutio-nem Reipublicæ pertinent ſancire; quod Interregni plerumque tempore fieri conſuevit.

Omnes item Magiſtratus, cum Vr-banos, tum Exteros, ſeu eos qui foris jus habent publicæ poteſtatis, commu-nibus ſuffragiis eligere.

## CAP. VIII.

### *De Magiſtratibus in genere.*

MAGISTRATUS omnes ſunt vel Vr-bani, vel Exteri.

*Vrba-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Vrbani* pertinent ad

Ius, tam in cognitione criminalium ſeu capitalium cauſarum, quam civi lium.

Adminiſtrationem publicarum pe cuniarum, quæ vel ex publicis vectiga libus in ærarium conferuntur, vel, re ditibus reipubl. impenſis non ſufficien tibus, à civibus pro cujuſque cenſu ſol vuntur, & in publicum inferuntur:

Commodum & utilitatem Civita tis, & ad bene beateque vivendum, a decorem Reipublicæ.

*Exteri* Magiſtratus ſpectant ad Gu bernationem Civitatum & Oppido rum; aut Claſſium & exercituum.

Hiſce non immerito addendi ſun Magiſtratus cæteri extra ordinẽ crear ſoliti: Syndici videlicet tres, Proviſo generalis Cretæ: &c.

Cæterum omnibus hiſce magiſtra tibus certum limitatumque tempus conſtitutum eſt. Sunt enim

Vrbani, vel ſemeſtres, vel octime ſtres, vel annales:

Exteri Continenti duplo longiores quam urbani:

Maritimi biennales, aliqui triennales:

Claſſium quinquennales.

## CAP. IX.

### e Iudicibus Vrbanis cauſarum Civilium primæ inſtantiæ.

Vs bifariam diviſum eſt;in cognitione ſcilicet Criminalium,ſeu capitaliũ uſarum, itemq; Civilium. Quocirca ter Magiſtratus Vrbanos duo ſunt nera Iudicum : alii enim Forenſibus uſis præfecti ſunt;alii Criminalibus ſi: rerum capitalium Iudiciis præſunt.

*Forenſibus* cauſis præfecti, ſunt etm duûm generum:

Iudices primæ inſtantiæ:

Iudices appellationis.

*Iudices* primæ inſtantiæ in plura diſi ſunt ſubſellia.

Prima *Iudicum Proprietatum.* qui : litibus quæ ad ædes ſive fundos ina fines Venetiarum poſitos, id eſt, in ſtuariis exiſtentes, pertinent, cognount & dijudicant : quos item adeunt duæ dotes ab hæredibus maritorum functorum repetentes.

Secunda *IudicumProcuratorum*.hi ſi : fundis Continentis oræ controvera ſit, judicant, & de pupillorũ cauſis, eq; dote aſſecuranda judicium dicũt.

Tertia *Iudicum* ſeu *ConſulumMercatorum.* qui ſi de mercimoniis quæſtio nciderit, aut de rebus mercaturam

S ſpe-

ſpectantibus lis oriatur, adeundi ſun
Quarta *Iudicum Advenarum.* hoſ
ſi inter exteros homines lis fuerit, v
quiſpiam civiũ hoſpiti diem dixerit, a
actione locati vel conducti conveni
quempiam voluerit, accedat neceſſe e
Quinta *Iudicum Petitionum.* apu
quos omnes cauſæ contractus ac ſtip
lati (ex quibus quiſpiam ab altero ſi
aliquid deberi contendat) agitantur.
Sexta *Iudicum Mobilium.* cora
quibus minimæ quædam cauſæ & m
nutulæ lites ventilantur.
Septima *Iudicum* quos vulgus *Ca*
*taveros*, quaſi, Veritatis inquiſitore
nuncupat, qui ſi quid inventum fueri
aut clam reconditum, aut nuper ami
ſum, ad ærarium, an ad privatu
quempiam, an vero ad eum qui rep
rerit, res ea pertineat, decernunt.
Octava *Iudicum Publici*, vulgo *Piov*
*gi* qui de validitate aut robore contr
ctuum, ac ſtipulationum, utrum uſur
riæ ſint nec ne, judicium dant; curant
ne quis privatus ædificiis vias public
canaleſve Vrbis occupet aut impedia
liteſque his de cauſis motas dijudican
Nona *Iudicum* quos vulgus *Sopra*
*gaſtaldos* vocat. hi bona condemnat
rum ſub haſta vendunt; Publicæ ve
ditioni prædiorum decretum interp
nun

unt: Lites ſuper executione ſenten-
arum ab aliis Iudicibus latarum ſuo
idicio dirimunt.

Decima *Iudicum examinatorum.* hi
ſtes ad futuram rei memoriam exa-
inant: de vēditionibus immobilium,
n juxta formam legum peractæ fue-
nt, cognoſcunt: Alienationes prædio-
um ratas habent: inſtrumentis dona-
onum ſubſcribunt: Sequeſtres agunt:
egatorum conditiones, ne quid con-
a voluntatem teſtatoris alienetur, in
ıblicis codicibus deſcribunt.

Vndecima *Iudicum Præfectorum no-
is,* hi vulgo *Civiles* dicti, ad differen-
am aliorum, quos vulgus *Criminales*
ppellat, judices ſunt executionis ſen-
ntiarum: Curiæ advenarum: Taxant
rpenſas litium: In cauſis vertentibus
ıter famulos & ancillas, eorumque
atronos patronaſve, judicium dant.

## CAP. X.

### *De Iudicibus Appellationis in cauſis Forenſibus, & appellationum ordo.*

UDICES Appellationis in quatuor di-
viſi ſunt claſſes.

Cum enim appellatur ad ſuperiorem
e cauſis levioribus,

Si ſententiam dixerint Iudices primæ
ıſtantiæ non excedentem ſummam

quinquaginta quinque aureorum, *Auditores veteres* pertinet cauſæ c gnitio, maxime ſi ab Vrbano magiſtr tu ſententia lata ſit.

Si vero exteri judices, Præfecti vic licet & Prætores urbium & oppidor ſententiam tulerint, & ab ea provoc tur; ad *Auditores novos* ſpectat appel tio: qui ſi omnes in eandem ſententia convenerint, poſſunt ipſi abſque C legiorum auctoritate rem decernere

Si de minimis litigiis, nec ſumma vigintiquinq; aureorum excedentib provocetur, ad *Auditores noviſſim* ſpectat cauſæ cognitio.

Si de ſententiis Iudicum Execution quos vulgus *Sopragaſtaldos* indigit provocatum fuerit, ad *Iudices* vul *Superiores* dictos defertur appellatic

His addi poſſunt bina collegia, q vulgus *Septem Sapientes*, itemq; *D cem Sapientes*, nominat, quorum p mi in cauſis appellationum locati conducti judicium dant; poſtremi c terarum litium quinquaginta ducat rum ſummam non excedentium, quibus *Rivo altini* Iudices ſententia debere, judices exiſtunt.

Verum ſi de majoribus litigiis, ad periorem provocatur.

Quod ſi excedat lata ſententia, ſi

Vrb

rbani ſive Exteri magiſtratus, dictam mmam , aſcendatque ad trecentos ureos , datur provocatio ad *Duode-im-virale Collegium.*

Si vero major ſit ſumma, & ad quin-entos uſque aureos extendatur, pro-oceturque ad ſuperiorem , penes *Con-ilium Viginti-virale* eſt judicium.

In reliquis majoris ſummæ cauſis *Conſilium Quadraginta-virale vetus* udicium dicit , ſi ſententia ab Vrbano magiſtratu lata ſit:

Si vero ſententia à qua provocatum eſt, ab Extero magiſtratu lata ſit, *Conſilium Quadraginta-virale novum* cognoſcit & judicium fert.

*Ordo Appellationum.*

Ita tamen in omnibus Appellationum cauſis appellatio demum ad prædictorum aliquod Collegium devolvitur, ſi prius Auditorum Magiſtratus adeatur , apud quem ultro citroque cauſa appellationis prius agitari debet. Qui ſi de cauſa cognoverint , & vel omnes ſimul , vel unus eorum interceſſerit, cauſam ad Conſilium ſive Collegium introduxerit , prioribuſque judicibus diem dixerit , aut vel omnes intercesſionem negaverint, tum demum Collegium , ad quod appellatio ipſa ſpectat, adire licet.

## CAP. XI.

### *De Iudicibus Vrbanis cauſarum Criminalium graviorum, ſeu inſignioris facinoris.*

INter Vrbanos quoad jus Magiſtratus, alios eſſe diximus Civilium cauſarum Iudices,alios Criminalium.de illis actum eſt Capitibus præcedentibus.

*Criminalibus* vero,ſive rerum capitalium judiciis qui præſunt, quoq; bipartiti ſunt. Vel enim agitur de minutioribus delictis & maleficiis;de quorũIudicibus capite ſequenti: vel de gravioribꝰ cauſis & inſignioribus facinoribus.

Horum cognitio ad majores Magiſtratus pertinet : videlicet,

*Decem-virale* Conſilium. De hujus munere & auctoritate ſupra ſatis c.4.

*Quadraginta-virale* Criminale Conſilium.

Gerunt hi Quadraginta viri magiſtratum octimeſtrē, poſtquam in Quadraginta virali Conſilio Novo & Veteri Iudicis munere functi fuerint : nec enim prius ad Quadraginta-virale Conſilium Criminale admittuntur.

Suffragiis ſententias dicunt, à Præfectiſque Conſilii ſuffragia numerantur. Quod ſi plures dimidiis reum abſolverint, confeſtim pronunciatur abſolutus:

us: ſi vero plures dimidiis damnave-
rint, pronuntiatur damnatus. Quod ſi
pœna locũ habeat, decernitur demum
quanam pœna in reum animadvertẽ-
dum ſit. Advocatores pœnã acriorem,
Præfecti mitiorem proponunt. Initis
ſuffragiis, eorum prævalet ſententia,
qui plura dimidiis ſuffragia tulerint.

Habent Trium viros ex ſuo ordine,
qui ſingulis binis quibuſque menſibus
ſorte educuntur, ac per vices ſemper
Duci & Conſiliariis aſſident, parem-
que illis auctoritatem ad Senatum ac
Magnum Conſilium referendi de qua-
cunq; re voluerint, habent. His adjun-
guntur tres Conſiliarii Ducis, qui præ-
fectos Conſilii agunt.

*Advocatores* Communis numero
tres. Hi ne legibus aliqua in parte offi-
ciatur, ſummopere procurant: ut vero
vim legum tueantur, ad Quadraginta-
virale Conſilium de levioribus, de ma-
joribus ad Senatum, de maximis in-
terdum ad Magnum Conſilium refe-
rendi jus habent.

In parvis cauſis contra reos ſtatuen-
di auctoritatem habent:

Conclave privatum, itemque priva-
tos miniſtros, janitores, apparitores,
ſcribas habent.

Quilibet vero eorum intercedendi in

criminalibus poteſtatem habet. Crimine enim ad hos delato, vel ab omnibus, vel ab uno eorum interceditur, & reus efficitur ille cujus nomen delatum eſt. Deinde ab interceſſore refertur ad Conſilium Quadraginta-virale, vel ad aliud quod voluerit; ibique cauſa recitata, de Conſilii ſententia decernitur, an reus in carcerem conjiciendus & quæſtioni adhibendus ſit; an potius ſolutus cauſam dicere debeat. Poſt id vel accerſitur reus, vel clam capitur ab apparitoribus; ibique ſive ſolutus, ſive in vinculis coactus, de quo crimine rogatur, reſpondet: teſtes utrimq; citantur: omnia ſcriptis mandantur, ſive pro reo, ſive contra reum faciunt. Hac ratione tota cauſa in codicem relata, omnium quæ ſcriptis mandata ſunt, reo fit copia, conſtituiturque tempus quo cauſam dicere & conſulere advocatum poſſit. Quod ſi reus tenuis fortunę fuerit, ut advocatum, qui ſuas partes tueatur, conducere ſuis ſumptibus nequeat, Advocatus, qui conductus Reipublicæ ſtipendio eſt, inopis illius tuendas partes ſuſcipit. Advocatores dein reo diem conſtituunt, quo cauſam dicturus ſit Conſilio coacto. Quia vero accuſatoris vice funguntur, quod nemini privato licet, orationem Advocatorius Magiſtra-

giſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ſtratus in reum acerrimam habet, cri-
ina & facinora objicit, teſtibus con-
mat, ac veriſimilibus conjecturis ad-
ruit. Poſtea agitur cauſa rei ab eo pa-
ono, quem ſibi adſciverit: replicandi
duplicandi utrique parti facultas re-
quitur. Cauſa utrimque agitata, &
rorata, & reus, & patronus diſce-
unt è Curia Iudicum. Cum Iudicibus
auduntur in conclavi Advocatores
orumq; ſcribæ, qui de puniendo reo
ntentias rogant, an ſcilicet puniendus
ideatur, nulla adhuc conſtituta pœna.
uffragia ineunt Iudices: ſi plures di-
idiis reum abſolverint, declaratur ab-
lutus; ſi vero plures dimidiis damna-
erint, pronunciatur damnatus: quo
aſu decernitur, quanam pœna in eum
nimadvertendũ ſit. Advocatores pœ-
am acriorem ; Præfecti, ut diximus,
itiorem proponunt, Poſtea ſuffragia
neunt; eorumque prævalet ſententia
uæ plura dimidiis ſuffragia tulerit.

## CAP. XII.

### *De Iudicibus Vrbanis, ad quos ſpectant Iudicia de minoribus delictis.*

MAGISTRATUUM inferiorum qui de minutioribus delictis & maleficiis, quæ vel ratione delicti, vel perſonæ, eviora ſunt, cognoſcunt, alii Præfecti

noctis, alii Capita tribuum dicuntur.

*Præfecti noctis* jus capitis habent: cauſas vero reorū agitant, ac ſcriptis mandant quæ teſtes dixerint, quæque vel ſponte vel coacti tormentis rei confeſſi fuerint; atque ita totam cauſam expediunt, & ſententiam dicunt. Si capitale ſit crimen, capite damnant: ſi levius fuerit delictum, vel virgis cædendum reum, vel carcere coërcendum jubent: aut ad remos damnant.

*Capita Tribuum* ſex numero ſunt. De capite autem judicium ferre non poſſunt, ſed in viliſſimos homines & meretrices animadvertunt, quos vel virgis cædi jubent, vel in carcerē conjiciunt, aliaſque pœnas corporales infligunt.

Præterea utriuſque hujus magiſtratus officium eſt, ut viciſſim, modo Præfectus noctis, modo caput tribus, ſuam tribum (in ſex ſiquidem tribus diviſam eſſe totam Civitatē diximus) ad gallicinium uſq; circumeant, cum publicis ſtipatoribus & apparitoribus armatis.

## CAP. XIII.

### *De Magiſtratibus penes quos publicarum pecuniarum eſt adminiſtratio.*

PVblicæ pecuniæ bifariam dividuntur. Nam vel ex publicis vectigalibus in ærarium conferuntur; vel interdum

cum

um reditus Reipublicæ impenſis mi-
nime ſatisfacere poſſe videntur, à civi-
bus pro cujuſque cenſu ſolvuntur & in
publicum inferuntur.

*Vectigalia* publica vel exiguntur,

Ab his quæ exportantur ex Vrbe;

Ab iis quæ in Vrbem importantur:

Ex civitatibus, quæ in ſocietatem
Imperii Veneti ſunt adſcitæ.

Hiſce ſingulis diverſi Magiſtratus pe-
cuniarii præfecti ſunt: quibus varia vul-
go indita ſunt nomina, dicunturque:
*Signori alla Dogana, Signori o Officio
del datio del vino. Signori della ternaria
vecchia. Signori di Ragion nuove. Signori
ai Dieci officii, Signori della Tavola dell'
entrada. Signori della Tavola dell' uſci-
ta. Signori Extraordinarii. Signori ſopra
le cameri. Signori della Meſſettaria.*

Quorum omnium officium illud
eſt, ut.

Caveant ne per dolum fraudemve
aliquid publicæ pecuniæ avertatur, aut
per inertiam pereat:

Omnes controverſias, quæ ad id
genus pecuniæ pertinent, dijudicent.

Pecunias quas quiſque exegerit, ad
magiſtratus deferat, ad quos pecunia
publica defertur.

*Magiſtratus* ad quos publica pecunia
defertur, bini ſunt numero.

Guber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Gubernatores redituum,vulgo *Gouvernadori dell' Intrade.*

Quæſtores Vrbani, vulgo *Camerlinghi.*

*Gubernatores Redituum* ſunt numero tres.

Magni momenti eſt magiſtratus & emolumenti maximi; qui non niſi inſignioribus & provectæ ætatis civibus conferri ſolet.

Creant Apparitores, Viatores, Lictores, omneq; id genus miniſtrorum Reipublicæ.

Publicæ pecuniæ curã & cuſtodiam habent, eamque in uſus publicos impendunt ex ſupremi Collegii decreto.

Acceptum & expenſum in publicis codicibus deſcribunt.

*Quæſtores Vrbani* numero item tres, Ius ſenatorium propemodũ habent, & emolumenta maxima:

Publicam pecuniam ex Senatus decreto in uſus publicos impendunt:

In codicibus ſuis & acceptum referunt; & expenſum ferunt:

Quia vero operoſum eſt officium,& laboris non exigui, junioribus plerumque, nec niſi nobilitate generis & vitæ innocentia claris Magiſtratus hic committi conſuevit.

*Magiſtratus* pecuniis.quæ in neceſſitate Reip. à civibus pro cujuſq; cenſu ſolvun-

ſolvuntur, exigendis diverſi præficiuntur: qui vel à taxis vel à decimis nomen habent, aliiſque variis nominibus inſigniti ſunt, dicti vulgo: *Li Caſsadi Dieci Savi Signori ſopra iconti. Signori ſopra le Camere di monti nuovi, noviſsimi, & del ſubſidio.*

Quibus omnibus id muneris incumbit, ut

Pecunias à civibus colligant:

Bona eorum, ſi ſolutionem negligant, ſub haſta vendant.

De controverſiis eas pecunias concernentibus cognoſcant, & ſententiam dicant:

Rationes in publicis codicibus diligenter inſpiciant, ac ne qua fraus publicis reditibus atque ærario fieri poſſit, ſummopere curent:

Pecunias quas quiſq; exegerit, ad ſupra nominatos magiſtratus deferat.

## CAP. XIV.

*De Magiſtratibus variis, pertinentibus ad commodum & utilitatem Civitatis, & ad bene beateq; vivendum, ac decorem Reipublicæ.*

COmmodum & utilitas, decuſque reipublicæ, & alia ad bene beateque vivendum facientia, cum varie conſiderentur, diverſi in Republica intro-

introducti ſunt Magiſtratus. Potiſſimum autem hi:

*Paci* Præfecti quinque. Hi querelas eorum qui vel in ripa ſe invicem vulnerarunt, vel conviciis & injuriis lacerarunt, vel pugnis concertarunt, auſcultant, eoſdemq; reconciliare, ac pacem inter partes componere ſatagunt.

*Præfecti* pannis auratis, vulgo *Signori di panni d'oro.* Hi

Textoribus ſericariis, & polymitariis præſunt:

Ne qua fraus in texendis ſericis, aulæis, polymitis, aliiſque byſſinis auro & argento intertextis committatur, ſummopere curant:

Legum tranſgreſſores pœna ad id ſtatuta mulctant.

*Farinæ* Præfecti, vulgo *Signori alla farina.* Hi

Farinæ publicæ curam habent, eamque commeatus cauſa emtam in horreis publicis recondunt:

Quandoque ſi res exigat, aut ſi farinam rancidam futuram timeant, eam revendunt, aliamq; in locum venditæ, publico ære comparant.

*Salis* annonæ Præfecti, vulgo *Signori al Sale.* Hi

Omnem ſalis copiam ex publicis Salinis Venetias advectam diſtrahunt, & in

n publicis horreis reponunt: nulli e-
nim privato ſalem vendere licitum eſt,
niſi ab hoc magiſtratu comparaverit:

I In codicibus ſuis & acceptum refe-
runt, & expenſum ferunt:

I Lites ea de re occurrentes ſuo judi-
cio dirimunt.

*Monetæ* aureæ argenteæq; Præfecti
tres, vulgo *Providetori della Zeccha.*
Horum munus eſt,

I Providere ne argentum aut aurum
imperfectius aut impurius quã lex cu-
di debere ſtatuit, aliquo pacto cudatur:

Neve excuſi nummi pondere ſint
minores quam lex jubeat.

*Annonæ* Triticeæ Præfecti tres, vul-
go *Signori dellebiavi.* His id muneris
incumbit, ut

O Cum nulla prope frumẽti vis ex agro
Veneto colligatur, quod omni ex parte
urbs æſtuariis ampliſſimis ambiatur,
civitaſq; populoſiſſima exiſtat, rei fru-
mentariæ curam habeant, ne populus
rei frumentariæ inopia laboret, nimia-
que annonæ caritate prematur:

Si quandoq; timeatur annonæ cari-
tas, Principem, Sapientumq; Collegium
ut adeant; reque inter eos diſcuſſa de-
cernant, quæ ad frumẽti copiam com-
parandam præcipua eſſe videantur:

Neceſſitate exigente triticum à mer-
cato-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

catoribus comparent, qui polliceantur certam vim frumenti ſtatuto tempore ex deſtinatis provinciis ſe Venetias delaturos: quod niſi præſtent negotiatores, pecuniaria mulcta taxantur. Emunt autem vel magno pretio ſed vendunt vili, ut commodo & inopiæ populi conſulatur.

*Salubritati* Venetæ Vrbis Præfecti tres vulgo *Signori alla ſanita*. Horum præcipuum officium eſt,

Ne aliquo pacto ex contagione tabes ſerpat in Civitatem, providere:

Quod ſi clam quandoq; obrepſerit ſedulo operā dare ne longius vagetur:

Ne quid putridum, aut quod incolumitati Civitatis officere poſſit, vendatur; atque ut quam ſaluberrime Venetiis agatur, ſummopere curare:

Quod ſi quempiam contagione infectum cognoſcant, illico ad publicas quaſdam ædes in æſtuariis ædificatas, trium millium paſſuum ſpatio ab Vrbe diſtantes deferri curare:

Si quis cum morboſo conſuetudinē aliquam habuerit, ne alios inficiat, proprios deſerere lares, & ad alias ædes publicas extra Vrbem conditas migrare, ibique quadraginta continuis diebus permanere compellere: qui ſi ſanus perſtiterit, eo tranſacto tempore, domeſticis laribus reſtitui jubere:

Nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Nullas præterea naves nullaſq; mer-
es aliunde advectas admittere ut ter-
um captent, niſi publico teſtimonio ſe
t loco ſalubri, nec contagioni obno-
o, ſolviſſe doceant: quod ſi non præ-
iterint, ad dictas publicas ædes ut ſe
onferant, ibique permaneant ſuo pro
rbitrio, imperare.

*Ædiles* Communis, ſeu Proviſores
rbani, tres, vulgo *Proveditori di com-
un.* Hi

Præſunt Fraternitatibus minoribus,
rajectibus, bibliopolis, & librorum re-
ens impreſſorum precium edicunt:

Pontium, puteorum, viarum, alia-
umque hujuſmodi rerum publicarum
eſarciendarum curam habent:

Ne naves nimio onere prægraven-
ur, diligenter curant:

In transgreſſores pœna ſtatuta ani-
nadvertunt.

*Navalis*, ſeu Arſenalis, publici Pręfecti
res, vulgo *Proveditori all' Arſonal.* Hi

Ampliſſimo Navali præſident, ejuſq;
uram habent, atque omnia provident
quæ in ejus uſum neceſſaria fuerint:

Fabros cum lignarios, tum etiam æ-
arios, cæteroſq; opifices, qui ad opus
aciundum admitti debeant, ſeligunt;
dil gentemq; adhibent operam ne quiſ-
piam officio ſuo deſit, ſingulis vero

octiduis cuique promiſſum ſtipendium
ex publico ærario perſolvunt.

*Aquis* Lacuniſq; publicis Prefecti, vulgo
*Signori all' acque*. Horum officium eſt

Providere ne quis publicis aquis ri
viſve noceat, aut detrimentum ullum
adferat, neve immunditias quis aqui
immiſceat, navigationemve impediat
in transgreſſores vero ſevere animad
vertere: ea ratione quod aquæ Veneti
pro muro ſint, adeoque veluti mænio
rum jus ſortite ſacroſanctę habeantur

Procurare ut Vrbis lacunarumque
rivi emundentur, excaventurque:

De navium ſtatione decernere, ce
teraque quæ ad aquas ſpectant negoti
expedire.

*Cenſores*. Hi

Vt leges Comitii ſerventur, ſum
mopere curant:

Si qui contra decreta quid egerint
pœna legibus conſtituta puniunt.

Ambitus etiam reos pœna pecunia
ria mulctant:

In ſervos & ancillas, qui heris ſui
quid furati fuerint, animadvertunt:

De litibus occaſione ſtipendii inter
ſervum ancillamve & patronum co
gnoſcunt.

*Syndici*. Hi

Scribarum publicorũ magiſtratibus

Vrba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Urbanis inſervientium acta recogno-
ſcunt : in eoſque, ſi quid contra leges
egerint, aut illicitam exegerint merce-
dem, vel rite officio ſuo functi non fue-
rint, animadvertunt:

Leges ſtipendiorum magiſtratuum
omnium miniſtris præſcribunt.

Lites iiſdem de rebus judicio ſuo di-
rimunt.

*Archiconſules*, vulgo *Sopraconſoli*. Hi

De cauſis mercatorum, qui vel cre-
ditoribus, vel foro cedunt, ac ſolum
vertunt, cognoſcunt:

Hos item à carceribus præſervant,
ac commeatum concedunt:

Certum deniq; tempus, & ad ſum-
mum bimeſtre iiſdem præfigunt, ut in-
terim cum creditoribus paciſcantur:

Quod ſi creditores paciſci recuſent,
aut ſe difficiles exhibeant, publica au-
ctoritate ad pacta eos inducunt.

Bona fugitivorum ad uſum credi-
torum ſub haſta vendunt:

Depoſita ad uſum jus habentium cu-
ſtodiunt, dominiſque ad quos ſpectant,
ubi de dominio docuerint, reſtituunt.

*Mercaturæ* Præfecti, vulgo *Signori
alla mercantia*. Hi

Mechanicis ſalaria ſtatuunt, eorum-
que lites, mercium ſeu operum occa-
ſione motas, ſuo judicio dirimunt:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

De precio mercium cognoſcunt eaſque moderantur:

Ne mechanicarum artium opifices fraudem ullam in ſuis opificiis committant, ſummopere curant, & transgreſſores pœna pecuniaria mulctant.

*Adipa is* Præfecti, vulgo *Signori della graſcia*. Hi.

Caſei, butyri, olei, carnium ſalitarũ ſuminis & laridi inſtitoribus præſunt:

Precium his vendendis indicunt præſcribuntque:

In transgreſſores pœna ad id ſtatuta animadvertunt.

*Rationi* veteri Præfecti, vulgo *Ragioni vecchie*. Hi

Expenſas Principum occaſione, eorumve Oratorum in urbem advenientium, Senatus decreto factas, in publicis codicibus deſcribunt:

Id quoque ſummopere curant, ut dũ in urbe Principes morantur, quam honorifice tractentur.

*Iuſtitiæ* veteri Præfecti, vulgo *Giuſtitia vecchia*

Menſuris ponderibuſque præſunt curantque ut res venales quæ pondere & menſura veneunt, juſto pondere & menſura venundentur:

Fructibus, cæteriſque eduliis venalibus precium indicunt præſcribuntque

In transgreſſores ad legis præſcritum animadvertunt:

Mechanicarum item artium opificibus præſunt: quorum ſi quis novum inſigne erigere, aut vetus mutare proponat, ab his veniam prius impetret oportet:

Si puerum quis aut famulum conduxerit, hos adeat, pacta denunciet, neceſſum eſt: ſecus ſi fecerit, pacta inutilia ſunt, nec ſtare quis cogitur.

In publicis codicibus poſt cõtrahentium denuntiationẽ pacta deſcribunt.

*Iuſtitiæ* novæ præfecti, vulgo *Guiſtitiæ nuova*. Hi

Cauponis, œnopoliis, ceteriſque Vrbis diverſoriis præſunt:

Horum inſtitoribus ut vectigalia debita ſolvant imperant:

Vinum ne mucidum aut acidum vendatur, ſummopere curant:

Lites denique hiſce de cauſis motas ſuo judicio dirimunt.

*Pompæ* Præfecti, ſeu Triumviri Sumtuarii, vulgo *Signori ſopra le pompe*. Hi

Sumtuariarum ſanctionũ curam & cuſtodiam habent, ideoque ſumtui immoderato veſtium, epularum, & domeſticæ ſuppellectilis, aliarumq; rerum quæ ad uſum & victum quotidianum pertinent, modum apponunt, immo-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

dicaſve impenſas coërcent, ne civium patrimonia nimia intemperantia abliguriantur & profundantur:

Legum transgreſſores pœna ad id ſtatuta mulctant:

Lites ea de cauſa dijudicant.

*Procuratores Divi Marci.* Hi

Summa & perpetua Senatorii ordinis dignitate fruuntur, ac jus ſuffragii ferendi cũ legitimis Senatoribus habent:

Magiſtratum gerunt non tempore præfinitum, ut cæteri, ſed cum vita perdurantem, inſtar Ducis Cancellariique Magni:

Iique tantum cives huic officio delegantur, qui jam publicis fere omnibus muneribus defuncti, ſpectatæ ſunt probitatis; in quo verſantes tanquam milites emeriti perpetuam obtinent Reipublicæ adminiſtrationem:

Summo itaque honore omnes eos proſequuntur; digniorique ſemper ſede, quocunque loco ſedeant, honeſtantur; & ab omnibus etiam ſenioribus ubique illis ceditur.

Tutelam pupillorum habent, quibus parentum teſtamentis nullus tutor eſt datus.

In tres claſſes (ſive ut vocant) Procuratias diviſi; quorum ſingulis tres præſunt Procuratores.

Primæ

Primæ claſſis Procuratores Patroni ſunt ampliſſimi & auguſtiſſimi Templi D. Marco dicati, unaque cum Duce ejuſdem gubernacula tenent, redituum omnium ad Templum ſpectantium, qui ampliſſimi ſunt, adminiſtrationem habent: omnibus inibi miniſtrantibus, ac ſacris addictis, menſtrua ſalaria erogant; ceteraque omnia, quæ ad tantæ Baſilicæ ornatum & ſplendorem ſpectant, quam diligenter curant.

Secundæ claſſis Procuratores, qui à prioribus nomen obtinent, licet Templi curam non habeant, Veteris (ut vocant) Procuratiæ adminiſtratores ſunt, ac pupillorum omnium citra Rivum magnum (qui Vrbem mediam interfluit) habitantium curam habent.

Tertię claſſis Procuratores idem nomen obtinent, & Novæ Procuratiæ præſunt, eorumque pupillorum hæreditates curant, qui ultra Rivum magnum proprios lares habent.

Singulæ hæ claſſes, cum eorum fidei magna pecuniæ vis pauperibus eroganda commiſſa fuerit, ingentes opes in uſum pauperum, carceratorum, atque etiam pro redimendis captivis, & in miſera ſervitute apud Turcas degentibus quotidie diſtribuunt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

## CAP. XV.

### *De Magiſtratibus Exteris ad Civitatum & oppidorum gubernationem ſpectantibus.*

EXteri Magiſtratus ſpectant ad gubernationem Civitatum & oppidorum: Claſſium & Exercituum.

*Civitatum* & oppidorum ad Magiſtratus quod attinet,

Inſignioribus urbibus IV Magiſtratus præficiuntur: nempe, Prætor; Præfectus; Quæſtor, aut unus, aut duo quandoq; Cuſtos arcium, alibi unus, alibi plures.

Minoribus urbibus ſeu oppidis unicus præeſt Magiſtratus, nomine Prætor.

*Inſigniorum* itaque urbium.

*Prætor*, omnibus civitatis incolis jus dicit, & forenſes lites dijudicat, & in ſontes animadvertit; habetq; aſſeſſores Iuriſperitos, non patritios, ſed exteros, quorum conſilio utitur.

*Præfectus*, militibus præeſt qui urbem vel agros coluerint, iiſq; jus dicit, & in noxios animadvertit. Arcis prætereà, mœnium, portarumque curam habet; necnon vectigalium & redituum omnium, cum urbis, tum agri totius.

Ab hiſce in cauſis forenſibus appellare licet vel ad Auditores Novos, vel ad conſilium Quadraginta-virale Novũ, aliaque Collegia quæ ſupra memoravimus;

nus; eo ſervato ordine,quem in urbanarũ cauſarũ litibus obſervari diximus. In criminalibus vero quandoque ad Advocatores Communis datur appellatio: quod tamen raro contingit.

*Quæſtor*, aut unus, aut duo quandoque. Hi pecuniam publicam adminiſtrant, impendunt & exigunt, habentq; codices publicarum rationum: nihil tamẽ fere niſi ex mandato Præfecti, ac interdum utriuſque, puta Prætoris & Præfecti, expendere illis fas eſt. In Inſulis etiam titulo Conſiliariorũ gaudent, & in jure dicundo Præfectis aſſident. Iuriſdictionẽ tamẽ nullã habent.

*Cuſtos arcium*, alibi unus, alibi plures. Hi militibus prçſident qui arcem tuentur, curamque habent armorum, commeatus, & tormentorum, quæ ad munitionem contra hoſtes in arce poſita ſunt. Non tamen ita quiſquam præeſt arci, quin Prçfecti imperio ſubjectus ſit. Nullam itidem juriſdictionem habet.

*Minorum* autem Vrbium ſeu oppidorum *Prætor* utriuſque partes agit. Nam & Præfecti & Quæſtoris quoque munere fungitur: Oppidanis jus dicit, & in ſontes animadvertit; publicæq; pecuniæ adminiſtrationem habet. A quo pari modo appellatur, idemque ſervatur ordo, quem ſupra recenſuimus.

## CAP. XVI.

### *De Magiſtratibus Exteris Claßium & Exercituum guberna-tioni præfectis.*

MAgiſtratus Exteri qui ad gubernationem claſſium & exercituum ſpectant, duorum ſunt generum.

Terreſtris enim belli copiis præficiuntur, Summus Imperator Continentis; Legati exercitus; Quæſtores,

Claſſi, ſeu rei navali, vel bello maritimo præſunt, Præfecti triremium Præſides triremium; Claſſis Legatus Claſſis Imperator.

*Imperator* Summus Continenti non ex ordine Patritiorum eligitur ſed externo Principi ſeu militi id munus tribuitur:

Amplum ex publicis vectigalibus ſtipendium meret:

Nihil niſi ex Legatorum conſilio (qui patricii ordinis ſunt cives) facit aut decernit: nec ut quicquam ſolus decernat, illi jus eſt.

*Legati* Exercitus, Imperatori Exercitus, externo homini, ſemper adſtant, eumque conſilio juvant:

Stipendia militibus ut ſolvantur, curant,

In id deniq; ſummopere incumbunt, ut Reipubl. commodo conſulatur.

*Quæ-*

*Quæſtores* publicæ pecuniæ adminiſtrationem habent:

Militibus ſtipendia debita ex Legatorum & Imperatoris decreto exſolvunt:

In codicibus ſuis acceptum referunt, & expenſum ferunt.

*Præfecti* Triremium, ſinguli in ea triremi cui præſunt (nam unaquæque triremis ad bellum inſtructa Prefectum habet) omnium poteſtatem habent, præterquam ultimi ſupplicii inferendi:

Nautas, remiges, cunctaque quæ in ſua triremi ſunt, & quæ ad ejus apparatum faciunt, diligenter curant.

*Præſides* Triremium ſinguli quinque aut quatuor triremibus præſunt:

Pacis tempore plerumque quatuor numero ſunt:

In hoc maxime incumbunt, ut mare tutum navigantibus reddant:

Piratas comprimant, ac ſecuram navigationem omnibus bonis præſtent.

*Claſſis* Legatus imperium habet in univerſam Claſſem, ac in cunctos triremium Præfectos:

Veluti Legatus exercitus, niſi adſit Imperator, & capite mulctandi quos velit, & dirigendi Claſſem quo maluerit, jus habet:

Semper & pacis & belli tempore creari ſolet.

*Impe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Imperator* Claſſis bello ingruente creatur, & univerſæ Claſſi præficitur:

In Claſſe atq; etiam in cunctis provinciis maritimis ampliſſimam poteſtatem habet inſtar dictatoriæ:

In omnibus tamẽ rebus parere debet auctoritati Senatus, & Reip. decretis.

CAP. XVII.

*De Magiſtratibus Exteris extra ordinem creari ſolitis.*

MAgiſtratibus hiſce non immerito addendi ſunt Magiſtratus cæteri extra ordinem creari ſoliti. videlicet:

*Syndici* numero tres. Hi

Singulis quinquenniis creari ſolent ac mitti cũ in continentis oram Venetæ ditionis, tũ in regiones maritimas ac inſulas Veneto imperio ſubjectas:

Geſta omnium Prætorum, cæterorumq; Magiſtratuum, qui foris publicam poteſtatem habent, recognoſcunt:

Si quos contra leges quicquam perpetraſſe comperiant, in hos animadvertunt, ea propemodum auctoritate quæ Advocatoribus tributa eſt.

*Proviſor* Generalis Cretæ. Hic

Reipubl. neceſſitate exigente Senatus ſuffragiis creari & ad inſulã mitti ſolet:

Vniverſæ inſulæ præeſt, ac supremæ eſt auctoritatis, inſtar dictatoriæ:

Si ad aliquam civitatem arcemve

acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

[su]ccedat, claves portarum & arcium ei [o]fferuntur:

Solus jus dicere, ſolus adminiſtrare [p]ublicam pecuniam, ſi ei ita libuerit, [p]oteſt: ſolus de omnium magiſtratuum [ſ]ententiis cognoſcit; ſolus denique o[m]nium poteſtatem habet, niſi Senatus [o]bſtiterit, aut aliter juſſerit.

*Proviſor* Generalis Continentis. Hic

Quoque ſenatus ſuffragiis (ſi res ita [f]erat) extra ordinem creari ſolet:

Vniverſæ præeſt Continenti, ſumma cum auctoritate:

Summum in omnes militiæ Præfectos, Duces, Magiſtratuſque cæteros Continentis Veneti imperii jus habet:

Nihil tamen quod alicujus momenti ſit, abſque Senatus conſilio ſtatuit aut decernit.

*Proconſules* Mercatorum Syriæ & Ægypti. Hi

Senatus ſuffragiis creantur, & triennio in magiſtratu perdurant:

In Alapia ſeu Alepo Syriæ urbe, vel in Cayro Ægypti regia, toto Magiſtratus tempore domicilium habent:

De litigantium cauſis, maxime Venetorum in ſingulis provinciis degentium, cognoſcunt:

Apud Baſſas Reipublicæ nomine Oratorum munere funguntur.

*Ora-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Oratores.* Hi ordinarii, vel Extraordinarii.

*Ordinarii* ex Præconſultorum Collegio Senatus ſuffragiis creantur:

Reipublicę nomine ad exteros Principes ſingulis trienniis mittuntur:

Solent autem ad Papam, Imperatorem, Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Vngariæ, nec non Ducem Sabaudiæ, & Turcarum Principem ablegari.

*Extraordinarii* pari modo iiſdemq; ſuffragiis extra ordinem creantur:

Officii tantum cauſa ad Principes exteros, cum vel congratulandi vel condolendi occaſio ſe offert, Reipublicæ nomine mittuntur:

Senioribus, nec niſi plurimis perfunctis legationibus, id munus demandatur:

---

## IV.

## RELATIO DE SERENISSIMA Republica Venetorum,

### *Deque illius Imperio & Populorum moribus.*

SCRIPSISTI ad me, Vir illuſtriſſime, cum tibi diverſas præteritis diebus Venetorum Legatorum Relationes, quæ ad Principes, eorumque ditiones & opes

pes pertinebant, mirabili eloquio conſcriptas miſerim, cupere te vehemẽter, ut Venetorũ Imperium ob oculos tibi ponam. Quamobrem obſequii cauſa hanc tibi deſcriptionem hujuſce Reip. mitto, in tria diviſam capita. Primum Venetæ ditionis terminos terra marique, reditus, expenſas, civitatum dotes, præſertim quas in continenti poſſident, mores, opes, paupertatem populorum explicabit. Alterum docebit, quot navium numerum poſſint inſtruere, unde eas apparent, quo pacto triremes armentur; & comparatæ triremibus cæterorum Principum quid præſtent. Poſtremo, quibus legum inſtitutis præclariſſimi illi viri Rempublicã ſuam gubernent, populos judicent, cujuſmodi ſint Cõſilia, tribunalia, mores, denique omnia, quæcunque relatu digna mihi viſa ſunt, intelliges.

Venetiæ, ut omnibus patet, civitas eſt in maris Adriatici æſtuariis collocata, pulcherrima, ac ſingulari ſuo ſitu admirabilis præ cæteris civitatibꝰ; quibus nulli cedit, ſive ſpectetur magnificentiſſimarũ ædium eximia pulchritudo, ſive incolentium ſplendor, ſive opes publicæ ac privatę, ſive templorum ornamenta, inter quæ Sancti Marci fanum principatum obtinet; ſive religio,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

quæ Venetos cives ſupra cæteros exornat, ſive advenarum multitudo, qui terra marique conveniunt, ſive mercium opulentia, quibus civitas mirum in modum abundat. Veruntamen etſi urbs illa pulchra eſt, dives, pompoſa, amœna, nihilominus ipſa quoque ſuis vitiis, ut res humanæ ſunt, carere non poteſt: hoc autem non prætermittam, canalium illorũ alveos aliquando ſordibus ita repleri, ut fœtentiſſimam exhalent mephitim. Sunt Veneti aſpectu formoſi: mulieres laſcivæ ſunt, Gratiiſque debent plurimum; peregrinis delectantur, eorumque amorem pretio, aut officiis ſibi ſtudioſe conciliant. Solent viduæ, virgines, ac meretrices per vias incedere nigris veſtibus, facie operta, item nigris velaminibus: ſed uxoratæ veſtibus coloratis utuntur, apertamque faciem gerunt,

*De præcipuis Venetorum civitatibus in Continente.*

PAdua nobiliſſima civitas cunctas Sereniſſimæ hujus Reipubl. civitates amplitudine ſua excedit: novem millium paſſuum circuitu ambitur, propugnaculis, arcibuſque, quæ ad eam defendendam requiruntur, munitiſſima. Bini illam regunt Senatores Præturæ ac Præfecturæ nomine, qui cæteris ci-

vita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ratũ Rectoribus dignitate pręcedunt.
Habet Padua celeberrimũ Gymnaſium,
& cæteris in Italia præſtantiſſimum,
tum ob Iuriſtarum, Philoſophorumq;
excellentiam, tum etiam ob adoleſcentum
ſtudioſorum multitudinem, qui
nonnunquã quater mille numerantur.
Frugum, vini, cæterorumq; fructuum
affatim ſuppetit copia, majorq; ſuppeteret,
niſi Venetias vicinas haberet. In
agro Patavino caſtella permulta videntur,
ac nullum valde munitum, iiſq; patricii
Veneti gubernandis præfecti ſunt.
Patavini cives natura ſuperbi habentur,
& quidam ex nobilioribus reditus
poſſident annu. xxv millium aureorũ;
plurimi depauperati ſunt, quia Veneti
agros ipſorum ſibi vendicaverunt, &
niſi ſtudioſorum ſubſidio, qui pecuniam
afferunt, urbemq; exornant, civitas
illa incommodius ſeſe haberet. Peregrinos
oderunt, & ſine Gymnaſio licentius
viverent, cum quia à ſtudioſis
perſæpe injurias patiuntur, tum potiſſimum
quia perpetuo cogũtur eſſe zelotypi
uxorum ſuarum, quæ eo manſuetiores
ſunt, & benignæ erga amaſios
ſuos, quo natura formoſæ ſunt ac peregantes.
Reditus, quos ex hac urbe Veneti
colligunt, ſunt aurei 140000.

Viginti milliaribus Patavia diſtat Vi-
 centia,

centia, civitas etſi parva, tamẽ pulchra
jucunda, prædives, fæcunda & civibu
multis exculta, ſed nullis munita pro
pugnaculis. Sunt Vicentini opulenti, fa
ctioſi, homicidæ, neq; pejores uſquam
homines tellus ulla in Venetorum di
tione progenerat: nulla iis fides: ipſo
rumq; ſcelera atq; homicidia fere impu
nita remanent, quia urbis rectores, et
juſtitiæ aſſertores, nequeunt crimina
les, ut ajunt, cauſas decernere abſqu
Conſultatione quorundã ex præcipui
Vincentiæ civibus, qui hoc privilegi
fruuntur antiquitus, ut criminalia de
licta ſimul cum magiſtratu ipſi quoqu
dijudicent: qua de cauſa hæc gens cri
minibus patrandis adeo aſſuefacta eſt
tantamque ſibi arrogavit licentiam, u
nihil ſupra. Ex hac civitate colligi
quotannis Reſpublica aureos 36000.

Verona abeſt ab urbe Vincentia tri
ginta millib. paſſuum, pulcherrima o
mnium quæcunq; in Venetorũ dition
quieſcunt, & paulo minor eſt Patavio
Circa mœnia latiſſimis cingitur foſſis
ante mœnibus, propugnaculis ampliſ
ſimis ſolidiſſimiſque. In media urbe ca
ſtellum eſt munitũ, & bellicis tormen
tis inſtructum: Civitas jucunde ſita eſt
eamq; præterfluit Atheſis, magnus ac
limpidus fluvius: multæ ibi antiquita
te

tes cõſpiciuntur, præſertim amphitheatrũ, quod Romano Coloſſæo perſimile eſt, ſed hoc pulchrius ac perfectius: ager ſterilis ut plurimum eſt. A duobus gubernatur Venetis Patriciis, adhibito numero civium, qui inſtar Vicentinorum Conſultationi, judiciiſq; interſunt, ſed ii majore judicant integritate. Habet Veronenſis ager duo Caſtella præcipua; videlicet Liniacum, quod cũ agro Mantuano terminos habet, & Peſcheriam, quæ cum Brixienſi: illud ad ripam Atheſis poſitum, procul ab urbe milliaribus ſexdecim, hoc ad Benacum lacum; Liniacum vero ſingularis eſt arx, & propugnaculum non ſolum Veronenſis territorii, ſed etiam Patavini, ac Vincentini. In utroque caſtello, titulo Proviſorum, patricii ſigillatim habentur, cum equitum peditumque cohortibus. Ex hac civitate Reſpublica annuum vectigal habet aureos 90000.

Brixia nobiliſſima Lombardiæ civitas quadraginta millibus paſſuum diſtat Veronâ, quæ ſicuti pulchrior, ſic hæc ditior eſt cunctis Venetorum civitatibus. Quinq; milliarium circuitum habet, ſolidiſſimis mœnibus, ac propugnaculis, foſſiſque profundiſſimis præcincta. Arx in colle ſita civitati imminet, & quamvis ab arte munitiſſima


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

eſſe videatur, tamen à vicinis qui prædominantur, montibus oppugnari poteſt: Sic civitas domibus pulchris exornatur, ſed palatiis & fanis exquiſitum in modum ædificatis caret, cum cives ædium ſuarum magnificentiæ parum exiſtent curioſi: Brixienſis ager ampliſſimus, & Veronenſi ac Patavino ſimul amplior eſt. Civitas, quantum domus capaces ſunt, habitatur: artificibus abundat, potiſſimum qui arma parant, quorum copia per multas orbis terrarum partes diſtrahitur: ager pleriſq; fluviis irrigatur, unde rivis mirabili arte deductis, fertilis redditur. Oppidis magnis incolitur, ut Salodio, cujus territorium latum eſt nõ minus, quam Vicentinum territorium: ſitum eſt oppidum hoc ad ripam Benaci ſub monte quodã, unde præcipua loci amœnitas. Sunt etiam Aſulæ & Orcinovi arces: illa ad fines Mantuanorum viſitur: hæc Mediolanenſium agro adjacet: & utrique impoſitus eſt Patricius Venetus nomine Generalis Proviſoris, aliiq; Gubernatores cum delecto milite: Verum huc, & ad alia oppida ac municipia, Prętorum loco, mittuntur cives Brixienſes à ſuo Conſilio electi; qui civilia & criminalia judicia exercent, & vitæ neciſq; poteſtatem habent. Divites ſunt & ſuperbi, mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

multoque oblectantur famulitio, ipſique & mulieres ſuæ pompoſe incędũt: equis, curribus, ornamentis utuntur ſplendidis, & ante omnia convivantur opipare: armigeri ſunt: viri formoſi ſunt: fœminæ pudicitia magis quam forma inſignes. Duo urbem gubernãt, ut alias, præfecti, ſed melius quam alibi adminiſtratur juſtitia, quod Conſultationem civium, ut Veronæ ac Vicentiæ, non habeant. Præter extraordinaria ſubſidia pendet hæc urbs reipublicæ aureos 1000450. ſubſidiis autem ejuſmodi populus ille perſæpe gravatur.

Parum hinc diſtat Bergomum civitas genialis, paucis abhinc annis permunita, prout neceſſitudo poſtulare videbatur, cum ad fines imperii Veneti ſita ſit. Magno inſignitur agro, ſed ſterilibus interſtincto vallibus: frugibus minus abundat, neque vix pro ſemeſtri victum ſuppeditat: unde Bergomates per totum terrarũ orbem diſperſi adeo ſua exacuunt ingenia, et ſi loquelam rudem habent, ut quocunq; vadant, divitias ſibi comparent, & per hæc tempora inveniuntur Bergomates palatiorũ immenſarumque opum poſſeſſores, quorum parentes bajulabant. Continet Bergomum vivacia & excitata ingenia, præſertim in re poëtica. A binis

præſidibus regitur, redditque Reipublicæ annuos aureos 60000.

In Forojulio poſſident Veneti celebrem urbem Vtinum, quæ tamen munita non eſt; adeo ut hoſtes ipſam aggredi ex tempore & offendere queant abſque ulla repugnantia, & rectaTarviſium contendere, quæ civitas duodeviginti milliaribus abeſt Venetiis, de qua dicemus nonnihil inferius, Forumjulium ſterilis eſt, & pauperibus incolis habitata regio: hi vero ingenio rudes, & natura ſordidi, & inhoneſti ſunt, & Germanorũ moribus quibus adjacent, fere ſimillimi. Habet multa caſtella, Prodonorum, Cividalem, & alia: regitur uno præſide titulo Locumtenentis: & ex hac provincia colligit Reſpub. quotannis aureos 30000.

Tarviſium non admodũ magna eſt civitas, ſed munita valde, & inter fines Patavii, Forijulii, Venetiarũ collocata: nobiles alit cives, ſatiſque opulentos, quod ejus territorium latiſſimum ſit, multaq; habeat caſtella; frugibus abundat, vinoque, ſed agri pars major à civibus Venetis poſſidetur. Tarviſini natura avari ſunt, & imbelles, & pigritantur libenter, nunquam à patrio nido abſcedentes, uno quoque Præſide reguntur, & pendunt Reip. aureos ann. 90000.

Hacte-

Hactenus præcipuas Continentis urbes deſcripſi, oppidorum & ſeparatarum juriſdictionum mentione poſthabita. Crema arx eſt & civitas munitiſſima. Poleſinum quoque præcipuis caſtellis frequentatur, ut Rhodigio, Lendenaria, & Badia, quod totum territorium Atheſi irrigatur: prętermiſi etiam innumera alia caſtella & municipia, quibus Patricii Veneti imperitant.

Omnibus arcibus præficiuntur Patricii, & includuntur milites ad cuſtodiam ſufficientes, & ex ditionibus hiſce militia terreſtris, ac maritima non parvo numero deligi poteſt. Sforcia Palavicinus Dux eſt Generalis Reipublicæ, qui experientia, prudentia, virtute plurimum valet, poſt ipſum habet Reſpublica cataphractorum Duces: illi vero tres viritim equos in luſtrationibus offerre tenentur.

### *De Provinciis maritimis.*

AD provincias maritimas Venetis ſubjectas devenio. Catharum, & Ladram arces maximi momenti poſſident, & honeſtis exornatas ædificiis, atque civibus: ex tota Dalmatia decem millia aureorum exigunt. Poſſident præterea Corcyram atque Cretam inſulas: quæ ſumptum majorem, quam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cenſum afferunt, ſiquidem ibi præſidia militum detinentur, ſalaria præſidibus ac miniſtris plurimis conſtituta ſunt, ædificia, & mœnia conſtituuntur, ac reparantur, armamentaria & navalia ſuſtinentur: ob quæ & ſimilia gravamina vix dimidiam fructuum partem Reſp. inferre poteſt ærario publico.

*Pars Secunda.*

POſt hæc de claſſe Venetorum orationem inſtituam: Centum Venetiarum civitas triremes educere poteſt, quarum omnium remiges jam deſcripti habentur: L à collegiis opificũ urbis inſtruuntur: aliæ vero, quæ Palatinæ triremes vocantur, navicularum urbanarum remigibus armantur, aliiſque. Hiſce omnibus Patricii præficiuntur, Palatinis tamen præſtantiores: nautas, operarios, milites urbs ipſa ſuppeditat: duodecim triremes, quæ Faliſeæ dicuntur, implentur hominibus, qui deliguntur in oppidis & pagis Continentis, & ſimiliter à Patriciis reguntur. Iterum duodecim per Hiſtriam, Dalmatiam & Slavoniam armantur, hoc eſt, Iuſtinopolis duas, Vegla unam, Spalatrum unam, Tragarium unam, Curzola unam, & Catharum alteram: quarum præſides cives ſunt earundem civitatum,

um, ab ipſarũ Conſilio electi. Eſt quoque Proviſor claſſis, qui ſemper in mari verſatur, cujus imperium in omnes extenditur, ſexque ducit ſecum triremes liberas, apud Corcyram perpetuo reſidens, ut Orientem verſus excurrat, atque cuſtodiat. Reliquas decem armat Creta inſula, & liberis remigibus implentur, quibus indigenæ cives præficiuntur. Eſt in ſinu Adriatico magiſtratus alius nomine Capitanei, cui in Pharo inſula reſidenti quatuor ſubſunt triremes cum uno duce. Habent quoque gubernatoré unum cum quatuor triremibus, quæ ab invitis militibus remigantur: hic apud Corcyram ſtationem habet ſub vexillo Proviſoris, & apud Cretam hybernat, ut ſi verno tempore bellum ingruerit, decem præſto ſint triremes: at pacis tempore quatuor tantum armantur, quibus cum ad Proviſorem Corcyram verſus revertitur.

Præterea in finibus fere ſinus Adriatici Capitaneum Fuſtarum, hoc eſt, minorum triremium, detinét cum quinque fuſtis totidemque navigiis armatis ad reprimendos inſultus Vſuccorum, quæ gens Signiam incolit, ſub ditione Regis Romanorum, plurimaq; damna inferre conſuevit. Triremes liberæ ferunt homines duos & quinquaginta:

coactæ totidem ; & utræque bellicis tormentis, aliiſque neceſſariis munimentis inſtructæ ſunt, præfecti vero ſalarium habent centum ſexaginta aureos menſtruos.

Vt dixi, omnes hi Præſides Duceſve à Republica ſtatuta loca, ubi reſideant, & excurrant, habent, neque oportet eos mandata vel tantillum tranſgredi. Hæ triremes optime navigant, ſed in navigationibus ſuis timidæ ſunt, quia ante veſperas portum petunt, & nunquam noctu iter faciunt.

Præſides ſingularum triremium, & Proviſores triennio abſunt, mox revertuntur in patriam magiſtratum depoſituri, & ſucceſſorem accipiunt, adque alia eliguntur munia. Etſi bene remigant, tamen in velificando tardæ ſunt, humileſque nimium, adeo ut ab irato mari impedimentum habeant, quo minus progredi poſſint: ſed affabre, ac perfecte ædificatæ ſunt, habentque remigum ordines ſex & viginti.

Venetiis viſitur navale, in quo trecentæ ſunt triremes, omniaque armamenta ad illas inſtruendas neceſſaria: & poſtulante neceſſitate Veneti, quotlibet triremes omnis generis armare queũt: ſed quanquam id efficere poſſunt, & pecuniam theſauroſq; admirandos poſ-
ſident,

lent, eas tamen ſuſtentare difficillimũ
is eſſet, cum frugem, vix ſuffecturam
enetiis, in ditionibus ſuis colligant,
edum claſſium egeſtati ſatisfacturam.
Verum hæc Reſpublica ejuſmodi
ollet ſapientia, ut pacem colat, & ami-
tiam tueatur omnium Principum,
ræſertim Chriſtianorum: adeo ut ex
icilia aliiſque partibus commeatus de-
uturi non ſint & milites ob celebrem
tipendiorum promptitudinem liben-
er advolaturi: qua de cauſa claſſes eo-
um formidabiles eſſe oportet.

*Pars Tertia & ultima.*

Reliquum eſt, ut Politia conſidere-
tur. Totam Rempubl. quadraginta
fere Senatores tractant. Hi ſunt Procu-
ratores Sancti Marci ſex, qui gradus ex-
cepto Principe ſupremus eſt. Et non-
nulli ad hanc dignitatem eliguntur,
quod in minoribus magiſtratibus, &
reipublicæ adminiſtrationibus honeſte
ac laudabiliter ſeſe geſſerint: alii ma-
gnam pecuniæ ſummam erogaverint,
ut hoc gradu cohoneſtarétur. Sequun-
tur hos Conſiliarii ſex, & Decem-viri:
tres Sapientes, ut vocant, magni, tres
continentis. Qui omnes magiſtratus,
exceptis Procuratoribus qui perennes
ſunt, paſſim immutantur, ſuntque
cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cæteris omnibus honeſtiores, utpot penes quos totum regendæ Reipubl pondus recumbit.

Princeps autem etſi id nominis ha bet, tamẽ omni caret auctoritate: qui nihil ſine Conſiliariis efficere, & ne epiſtolam quidem aperire valet: quolibe octiduo, Mercurii die, ſalarium exigi centum zecchinorum: aulam non alit ut liberi Principes, ſed congruam ſoli familiam. Iiſdem fere veſtibus, quoad formam, utitur, quibus dicti Senatores, excepto, quod pileum fert ab uno latere acutum, quaſi in cornu deſinat. Quoties terra marive progreditur, univerſus eum Senatus comitatur, maximo quidem cum decoro ac majeſtate egredi è civitate abſque Senatus venia non licet. Primus Dux Venetiarum creatus fuit anno Chriſtiano ſeptingenteſimo ſexto, & ad hæc uſque tempora fuere Duces octuaginta novem. Decem-viri cæteris magiſtratibus præſtant, quia coram iis graviora Reipubl. negotia agitantur, & delicta plectuntur, ut falſæ monetæ, læſæ Majeſtatis, patriciorum homicidia, aliiq; atrociſſimi caſus. In hoc Decem-virorum Conſilio interveniunt etiam Dux, & Conſiliarii cæteri cum ſupra numeratiis.

Quicunque Collegium conſtituunt, nume-

numero ſunt ſeptem & viginti, hoc eſt, Conſiliarii ſex, ſapientes magni ſex, totidem ſapientes continentis, tria capita quadrageſimi ordinis, & quinque ſapientes ordinum. Verum cum aliquid arcani tractandum eſt, capita decemvirûm vocantur, quæ tria ſunt; quia ſingulis menſibus capita creantur: qui cum advenerint, jubentur egredi tria capita quadrageſimi ordinis, & quinque capita ordinum: tuncque deliberant inter ſe, quicquid neceſſe eſt.

In Conſilio Rogatorum, hoc eſt, in Senatu comprehenduntur urbani fere omnes magiſtratus, & nonnullorum tantum capita, ſeu limitatus numerus, quorum plerique ſuffragii jure carent, omneſque circiter centum quinquaginta ſunt. Leguntur in hoc Senatu epiſtolæ, quæcunq; ad eum ſcribuntur à Principibus totius orbis terrarum, à Legatis, à rectoribus urbium, aliiſq; ſuis miniſtris, & politica negotia quælibet tractantur, bellumque aut induciæ decernuntur. Cuilibet Senatori licet in materia, qua de agitur, diſſerere, ſuamq; interponere ſententiam: ſed per ſuffragia concluditur, ſicuti in cæteris Conſiliis uſitatum eſt. Ad hoc Conſilium omnes omnium preces porrigũtur, Ducum militum, aliorumq; adminiſtro-

rum,

rum, qui benemeriti alicujus cauſa, vel laudabili aliquo opere præmium poſcunt, vel juſta aliqua ratione petũt admitti ad ſe purgandũ: & revera in exorandis precibus benignum eſt hocConſilium. Referunt in Senatum Sapientes Magni quolibet octiduo de omnibus, quæ agenda ſunt, factiſq; relationibus epiſtolæ tribuuntur neceſſariæ. Omnia Conſilia ſuos habent epiſtolarum magiſtros, ſed ii majore ſunt in exiſtimatione, qui Decem-viris inſerviunt, hique à Senatu eliguntur, & ſtipendia merent, gradibuſque multis fruuntur.

Sunt etiam diverſi magiſtratus, qui cauſas civiles & criminales ſeparatim determinãt, limitatis juriſdictionibus. Horum magiſtratuum ſententiæ definitivæ ſunt, neque ab iis datur provocatio: ſunt quoque minores magiſtratus, quos enumerare ſupervacaneum puto. Illud tamen non prætermittam, ſolere quolibet Solis die Conſilium cõgregari, in quod omnes patricii omnĩs ætatis ſupra vigeſimum annum ingrediuntur: in quo Conſilio omnes terra mariq; magiſtratus eliguntur: graduſq; juxta meritorum proportionem diſtribuuntur: ad civitates autem regendas viri provectæ mittuntur ætatis. Quod ſi laudabiliter ſe geſſerint, ad majora

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

romoventur: ſin minus, deprimũtur, deo, ut nunquam amplius ad honores mergere queant: quod ſi iniquitates ommiſerint, ſevere puniuntur: ſingu-s trienniis aut quinquenniis conſuevit Reſpublica terra marique Syndicos expedire, quorum munus eſt in acta omnium rectorum inquirere, quicunq; ubditos gubernaverunt, aut gubernant: cumque redierint Venetias, in us vocant reos, & cauſa tractatur, donec de jure terminetur. Revera hujus Reipublicæ leges, quæ tam pulchrum mperium tamdiu ſervarunt, ſummis audibus efferendæ ſunt. Fruuntur Veneti in præſens pace cũ omnibus Principibus, & quia timidi ſunt potius, quam militares, tranquillitatem pacis turbis anteponunt. Nullam tamen à quoquam injuriam tolerant, & à nemine præter Turcam ſe timere profitentur: qui Turca, quia omnibus Venetorum ditionibus maritimis imminet, ab iiſdem omnia quæ vult extorquet: ſtatim enim atq; malum aliquem affectum iis oſtendit, illi muneribus ipſum placare conantur. Et nihilominus ſi ab ipſo vexarentur, poſſent adjunctis auxiliis Principum, ac præſertim Hiſpanorum, à tanto tyranno ſatis ſe & ſua defendere.

Redi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Reditus Venetiarum in pluribus conſiſtunt: ex vino ſunt aureorum octuaginta millia. Ex oleo ſex millia. Ex mercium portoriis centum millia. Ex ingreſſu mercium quadraginta millia. Ex triceſima quadraginta millia. Ex egreſſu mercium triginta octo millia. Ex tritici portorio viginti millia. Ex ferro decem millia. Ex carne triginta millia. Ex fructibus ſex millia. Ex lignis octo millia. Ex Paneriis octo millia. Ex molendinis octo millia. Hique fere ſunt omnes Reipublicæ reditus, præter eos, quos ex ſingulis civitatibus colligi retulimus.

*Collectio redituum annuorum prout ſupra annotantur.*

| | |
|---|---|
| Ex urbe Patavina Aureor. | 140000 |
| Ex urbe Vicentina | 36000 |
| E Veronenſi diſtrictu | 90000 |
| E Brixienſi | 100450 |
| E Bergomenſi | 60000 |
| E Foro-Iulienſi Patria | 30000 |
| E Tarviſina civitate | 90000 |
| E Dalmatia | 10000 |
| In ipſa urbe Venetiar. | 394000 |
| Summa totalis | 950450 |



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

V.

## DE POTENTIA ET ÆRARII Venetorum copia aut inopia;

*ex Sr. D. T. V. Y. & aliis.*

DOminium Venetum quotannis ex omnibus ſtatibus eidem ſubjectis tempore pacis percipit duas milliones aurorum in hunc modum.

Ex urbibus quas in Italiæ continente poſſidet, octingenta coronatorum millia; quarum Brixia & Bergomum fere trecenta millia pendunt. In ipſa autem civitate Venetiarum è diverſis portoriis & vectigalibus aliiſque tributis ſeptingenta millia coronatorum. nam ſolum vectigal vini quotannis cxxx millib. coronatorum redimitur.

Præterea è diverſis decimis & taxis nobilitati & vulgo impoſitis in ipſa civitate magna argenti vis percipitur; reliqua 10 mill. è vectigalibus ſalis colliguntur (cujus magna copia in locis maritimis conficitur) itemq; è portoriis & tributis urbium maritimarum. Olim quoq; è Regno Cypri quingenta millia Coronatorum percepiſſe Remp. authores ſunt idonei; quam ſummam hodieque ex aliis ſubditis ſuis, per alium modum, haurire vulgo creditur.

Hi ergo ſunt Reipub. Venetæ reditus annui, cujus haud diſſimile eſt fatum quam aliorum principatuum in Chriſtiano orbe, nimirum omnes reditus ſuos quotannis in ordinarias expenſas quæ fiunt in præſidiarios, claſſem, munitiones urbium & caſtellorũ, ſalaria magiſtratuum & ſimilia, impẽdere. unde vulgo creditur nihil ab ipſa reponi, & ſi quid forte ſupereſt, in antiquis debitis abſolvendis inſumi. Neque tamen propterea Rempub. hanc minus potentem eſſe, credibile eſt, nam principes & Reſpubl. eo potentiores judicantur, quo plures habent occaſiones & modos pecunias extra ordinem è ſuis emungendi; Reſpub. autem Veneta & longe habet plures modos & valde tutos, neque eſt cur ſubditos ſuos in hac parte metuat, quemadmodum plerique alii principes coguntur facere. Nam bello ingruente, aut quando ſupra ordinarium modum Claſſis armanda eſt, (pacis quidem tempore, ſed cum tamen ob magnos Turcarũ apparatus merito ſibi metuunt) ad extraordinarios ærarium ſuum augẽdi modos Reſp. ſe convertit, qui quidẽ varii ſunt, ſed ad tres fere ſpecies revocantur.

Prior eſt decimarum, quæ patritiis juxta & plebeis ratione bonorum ſoli

&

t immobilium conſtitutæ ſunt incre-
mentum; nimirum ut quod ſemel
quotannis pendere conſueverant, id
iam bis terue prout ſenatus decreverit,
pendant. In eundem modum & vecti-
galia aut portoria mercium omnium,
quæ à mercatoribus ſecundũ valorem
earundẽ ſolvuntur (quod vectigal ple-
rumq; decimam partem lucri quod ex
illis mercibus vulgo percipitur æquat)
augent; idque perfacili negotio à nobi-
libus juxta & plebeis conſequuntur.

Secundus modus eſt, ubi prior non
ſufficit neceſſitati Reipublicæ, Patritii
magiſtratuum munera gratis obeunt
aliquot annis; itemq; præcipuos hono-
res, quos pro meritis conferre ſolebant
in patricios, pretio vendunt, non tamẽ
in perpetuum neq; iis ſemper qui pluri-
mum offerunt; nam non raro eoſdem
potius minus offerentibus addicunt,
quam ut indignos in iiſdem propter
opum abundantiam verſari patiantur.
Hoc modo, cũ ex fœdere Cameracenſi
pene omnes Europę principes in Remp.
impetũ facerent, illam ſupra quingenta
millia aureorum in ærarium retuliſſe
conſtat. Huic accedit quod per diſpen-
ſationem & certo pretio nobiles adhuc
minores ad conſilii aditum admittant,
& honorum capaces declarent.

Tertius eſt, grandi aliqua neceſſitat urgente, à particularibus argentũ mu tuo accipere, vel ingratiis ſi non ultr conſentiant, quem in finem & ſupelle ctilem & bona immobilia vendere nõ nunquam ſolent eorum qui pertinac ter reluctantur. Reſpub. autem ſe obl gat ad reſtituendũ intra certos anno quicquid in hunc modum ſumſerit, & modicas uſuras quotannis perſolvi puta aut duo pro unoquoque centen rio, quo modo vetera debita abſolvi aut quinq; pro unoquoque centenario

Præterea & bona certa immobilia p ſortes à Rep. ad particulares nonnun quam tranſtulerunt. Denique infinito habet hæc Reſp. ærarium ſuum suppl di modos, quibus & uſa eſt interdũ & ubi res exegerit adhuc uti poſſit; nam cum privatorũ opes immenſæ ſint, & Reſp. leni ſuo imperio omnium obſ quium & amorẽ ſibi cõciliaverit, null non tempore publico ærario laboran ſuccurrere perfacile erit. Neque faci ratio iniri poteſt, quos quantoſq; th ſauros Reſp. poſſideat. Hactenus ille.

Poſſemus hic quoque aliorum op niones adjicere, ſed quia in libello Principibus Italiæ jam illas attulimu ſupervacaneum exiſtimamus hîc d nuo eaſdem repetere.

VI. F. LEA

## VI.

## F. LEANDRI ALBERTI DE INCREMENTIS DOMInii Veneti diatribe.

PRimordio ac amplitudine civitatis hujus qua nunc eſt, dictâ, conſequitur, ut formam reip. dicamus; qua narratione ſimul incrementa tum populi, tum ædificiorum, & imperii quoq; tam maritimi, quam terreni ſpecies commemorabitur. Ab initio itaq; Conſulum magiſtratus, dein Tribunorũ, ut diximus, nempe ſub imperii Romani nomine habuit; at quamdiu, nec ſatis inter auctores conſtat. Sabellicus ſcribit annos fere CCLXXXII, ut aliqui voluerunt, quidam CCXCVII, alii CCXCVI, nec minus CCXXX ſub iis magiſtratib⁹ exactos tradunt; tanta hic authorum varietas. His temporibus autem maxima civitas incrementa ſumpſit, acceſſione magnæ multitudinis quæ Roma, Mediolano, Ticino, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Patavio, multiſque præterea ex locis huc confluebat ob Italiæ vaſtitatẽ. quam Attila, Gothi, Longobardi, aliæque barbarę gentes effecerant, uti aperte Blondus & Sabellicus in hiſtoriis perſcribũt. Tribunis etiam poteſtatem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

urbis gerentibus cum Narſes Eunuchu Imperatoris Iuſtiniani legat⁹ in Italian contra Gothos veniſſet, rege tunc illorum Totila, profectum ad hæc tun Venetæ civitatis initia vehementer admiratũ legitur ædificiorum in ſtagni tam multorum tamq; magnificorun ſitum, & maximam item populi frequentiam; ideoque votum D. Theodoro & D. Geminiano nuncupaſſe, ſi victoria potiretur, iis hic templa conſtituendi; victoremq: ſubinde reverſun voti fidem perſolviſſe, ſtructis illorum Divorum templis ad pomarii caput. Auctu igitur ingenti circa hæc tempora crevit, quum aliarum Italiæ civitatum quas barbari indies vaſtabant coloni huc confluerent, maximeque circa Rivum altum conſiderent. Ædificavere tum quoque Patavini Caſtellum Olivolenſe, quod poſterioribus ſeculis Epiſcoporum Caſtelli qui nunc Patriarchæ dicuntur, ſedes ac domicilium effectum eſt. Narſetem etiam Veneti cõtra Gothos magnis auxiliis navium aliiſque belli ſubſidiis juvere, & aquis interrupta itinera munivere pontibus, quibus ab Tarviſio Ravennam exercitus Romanus commode traduceretur, uti à Procopio, Blondoque ac Sabellico memoriæ proditum eſt. Sub Tribu-

norum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

norum etiam poteſtate D. Martini Di-
vique Ioannis Bragolani fana dedicata.
Priuſquam in magiſtratuum ſerie ſuc-
ceſſioneque procedamus, dicenda quæ-
dam viſa ſunt prius, quæ ad ſequẽtium
intellectum neceſſaria ſunt, & à nobis
qua maxima fieri poſſit brevitate me-
morabuntur. Circa DCX à Chriſti nati-
vitate annum Giſulphus Dux Forijuli
Patriarchã fecit veteris Aquileiæ Ioan-
nem Abbatem, ſuperſtite tum adhuc
Candiano Novæ Aquileiæ Patriarcha:
dignitatem enim illam Pontifices Ro-
mani jam tum ante Gradum tranſtule-
rant. Quinto igitur anno poſt, bini hi
Patriarchæ depacti inter ſe ſunt, ut A-
quilienſis cõtinente potiretur, ad Gra-
denſis vero diœceſim pertinerent om-
nia in ſtagnis loca, quæ nunc Ducatus
Veneti nomine complectuntur. Exin
anno XIV quum Rhotaris Longobar-
dorum rex Opitergium evertiſſet, &
ejus urbis Epiſcopus Magnus in æſtua-
ria tanquam in tutum conceſſiſſet, ibi
ex auctoritate Severini Pontificis Ro-
mani ac Imperatoris Heraclii civitatem
inſignem condidit, Heracliamque de-
nominavit in gratiam Cæſaris. Eodem
anno Paulus Altinatium antiſtes cum
ea multitudine quæ deleto à Longo-
bardis Altino ſuperfuerat, Torcellum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

commigravit, ibique ſedem Epiſcopatus ex auctoritate quoq; Severini Pontificis Romani fixit, quæ in hodiernum uſq; diem ipſo in loco manet. Præter ea domicilium Præſulatus antiſtes etiam Patavinus ad Methamaucum ejuſdem etiam Pontificis conſenſu tranſtulit, Arrianæ hęreſis contagium fugiens quæ tũ iis in locis indies gliſcebat. Hoc ipſo quoq; tempore ſtagnorum & paludium incolæ ac eorum magiſtratus, cum regibus Longobardis pacto convenerunt, ut univerſa regio Venetia quæ continentem amplectitur, ab Addua flumine uſque ad ipſam oram & æſtuaria Longobardiæ nomen caperet: quicquid autẽ in ſtagnis marinis ſitum erat, id Venetiæ retinerent. Ita Sabellicus. Dein anno poſt Chriſti nativitatem DCL. Conſtantinus Imperator Heraclii filius Romam cogitans, cum Torcellum veniſſet, primum ejus vicum à ſe Conſtantiacũ vocari voluit. Circa hæc quoque tempora prægravans Heracliam multitudo laxiorum ſedium cauſa vicinam occupavit inſulam, urbemque novam in ea condidit Aequilium. Ita cum ſtagna hæc jam multitudine populorum frequentarentur, qui prius Conſulum, deinde Tribunorum magiſtratus (nã ut Donatus Ianottus ſcribit,

[I]nſula quæq; Tribunum creabat ſuum) [h]abuere, nimirum annis fere CCXXXII [B]londo Sabellicoque auctoribus, etſi quidam CCLXXXII. alii CCXCVI. nonnulli etiam CCLXXVI dixerint; tandē omnium populorum conſenſu novum magiſtratum erigere, veteremque formam publicæ poteſtatis Duce creato mutare viſum fuit. Itaque conventu apud Heracliam Patriarchæ Gradenſis ſacerdotumq; ac Tribunorum, primariorumq; civium cujuſque populi, Dux creatus Paulinus, ſeu Paulatius Heraclianus, anno poſt Chriſti nativitatem DCXVII. ſed ut Ianottus ſcribit DCCIII. ab conditis Venetiis CCLXXXII. Primus igitur ille Dux populorum conſenſu votiſque communibus appellatus, imperio ſumpto, quanquam nihilominus adhuc inſulæ Tribunos legerent, ab iis quippe ad Duces provocatio erat, pacem cum Longobardis fecit, & Heracliæ fines à majori planitie uſq; ad minorem protulit. Diem functus anno principatus XXII ſucceſſorem accepit Vrſum Heraclianum, quem ſeptimo anno populi concurſu cæſum Blondus auctor eſt. Sabellicus aliter; Paulatium anno imperii vigeſimo, menſe ſeptimo fatis interceptum, ſucceſſorē habuiſſe Marcellum Heraclianum ſcribit, cui annis

novem Ducatu potito ſublectus ſit Or
leus Hipatus cognomento Vrſus,quem
undecimo imperii anno populus occi-
derit. Apparet igitur horum auctorum
non mediocris circa primos Duces va-
rietas,quippe quia Blondus unum præ-
terire videtur:conſentiunt tamen Vrſo
cæſo novum magiſtratum conditum,
Duciſq; nomẽ in Magiſtri militum qui
Ducis plane poteſtatem haberet, com-
mutatum,idque Sabellicus quadrageſi-
mo anno poſt Ducem primum creatũ
accidiſſe perhibet. Itaque primum Ma-
giſtrum militum Veneti fecere Domi-
nicum Leonem; cui poſt annalem ma-
giſtratum mortuo populi ſuffragiis Fæ-
lix Cornicula ſuffectus, Fælici Theoda-
tus Vrſi ducis interfecti filius ab exilio
revocatus,Theodato Iulianus Ceparius
vel ut quidã volunt Hepates,poſt hunc
Cianus Fabricianus qui Magiſter mili-
tum quintus fuit, anno quinto ſcilicet
poſt conditum magiſtratum,ut Sabel-
licus memoriæ prodidit.Blondus tamẽ
quatuor tantum Magiſtros militum
fuiſſe refert, Dominicum, Leonem,
Fœlicem Corniculam, Iulianum Cepa-
rium, & Ioannem Fabricianum quem
Sabellicus Cianum nominat. Is magi-
ſtratu inito populi ſeditione captus or-
batuſque luminibus & ab imperio de-
poſi-

poſitus eſt. Quidam hoc anno graviter inter ſe cõflixiſſe ſcribunt Heraclianos & Ieſulinos loco qui nunc Canalis Arcus ab illa ſpectabili cruentaque pugna dicitur; eaque de cauſa tam magnam hominum multitudinem ex Heraclia, Ieſulo, Æquilioque migraviſſe. Poſt id certamen conventu apud Meduacum indicto Ducum magiſtratum reſtituere viſum eſt; ſimulque Dux tum Theodatus Vrſi Ducis interfecti filius appellatur, ut ſic Magiſtrorum Militum nomine inducto circa DCCXLII. à Chriſti nativitate annum Ducaria poteſtas redierit. Theodatum qui ſedem Ducatus ab Heraclia Methamaucũ tranſtulerat, cum ibi ad oſtium Meduaci arcem ædificaret, eaque propter in ſuſpicionem tyrannidis & vi retinendi imperii veniſſet, anno principatus XIII. populus per tumultum cepit, oculiſq; ſpoliatum à magiſtratu depoſuit, ſublecto in locũ ejus Galla. Sed & is cum ann. XIV. principatus ſeditione popularium captus orbatuſq; luminibus & ab imperio dejectus fuiſſet, novum publicæ poteſtatis inſtitutum eſt formatum, Duce creato Dominico Monetario Methamauceno, & additis illi per ſuffragia populi binis Tribunis, qui una rempublicam pari authoritate ac annuo magiſtratu gererent.

rent. Vix tamen annũ primum imperii Dux ille implere potuit, quin multitudinis furore luminibus orbatus principatu detruderetur. Exin imperii poteſtas iterum ad Heraclianos venit Duce creato Mauritio Galbio, qui exacto anno primo, ut filius ſibi in principatu collega daretur effecit, pernicioſo ad poſteros exemplo. Hoc anno Adrianus primus Pontifex Romanus Obelaltum Marinum Olivolenſi Eccleſiæ primum Epiſcopũ dedit; qui dein ædem D. Moſis condidit. Poſt hæc Caſtelli nomen accepit Olivolum, quod in urbis parte eſt; ubi inſulæ quædam olim ipſi Olivolo ſubjectæ. Mauritius Dux ſuperbia magna fuit, adeo quidem ut Ioannem Patriarchã Gradenſem verberibus graviter cæciderit, ex quibus paucos poſt dies mortem obiit: ſucceſſorque Fortunatus cum in ultionem necis ejus conjuraviſſet, populi impetu exactus in Franciam profugit. Dein autem Ducatus patri filioq; abrogatus eſt, Obelerio tum Methamauci Tribuno ſublecto, qui poſt Chriſti nativitatem DCCCIII. annus fuit. In nondum expleto magiſtratus anno primo, ſeditione multitudinis pulſus Tarviſium ſe recepit, ibique Dux iterum ab exulibus Venetiis creatus, fratrem Beatum collegam ſumpſit.

Circa

irca hæc tempora, nempe poſt Chriſti
ati DCCC annum, cum Pipinus Caroli
Magni filius Italię rex factus, Fortunati
atriarchæ ac Obelerii Beatique ſuaſu
bello Venetos peteret, ii nõ procul Tar-
viſio acie victi his cõditionibus pacem
cum Carolo Pipinoq; fecerunt, ut Obe-
erius cum Beato fratre in principatum
reſtitueretur. Ita nonnulli prodiderunt
ſcriptis, adduntque, poſt abitum Pipini
cæſum cum uxore Obelerium populi
ſeditione, Beatumque ſolum in Prin-
cipatu relictum. Alii ſcribunt utrumq;
relegatum ad Methamaucum, nec un-
quam exin ad imperium reverſos; ſuf-
fectumque populi ſuffragiis Valenti-
num eorum fratrem natu minimum.
Utcunque tamen, inquit Sabellicus hoc
ſe habeat, quintum eos annum princi-
patus conſtat haud exceſſiſſe. Eodem
anno quo cum Pipino depugnatũ eſt,
Heracliam Veneti excidère; quamobrẽ
magna tum inde nobilium hominum
multitudo Venetias traducta, non me-
diocri incremento urbem auxit; quo-
rum deinde plurimi reipublicæ guber-
nacula tenuere, ac poſteri in hodiernũ
uſque diem regunt. Iiſdem temporibus
& ex Aquileia multi huc domicilia ſe-
deſque tranſtulere; quorum acceſſione
præter alios ex variis indies urbibus
Vene-

Venetias quoque ſe recipientes in tantùm civitas aucta tum eſt, ut iterum hoc tempore condita poſſet dici. Accidit porro id Gallorum metu, qui illa tẽpeſtate Venetiam habebant infeſtam. Itaque Duce tum Angelo Patriciaco Heracliano, Tribuniſque cum illo duobus rempublicam gerentibus, quia tam frequens circa Rivum altum concurſus hominum fiebat, ut ibi ſimul conſiſtere omnes haud poſſent, inſulæ vicinæ pontibus connecti LX cœpere, quo laxius habitaretur. Deinde quia nobiliores potiſſimaque civitatis pars Rivum altum incolebat, iſque majori dignitate locus, & magis reipubl. gubernationi idoneus eſſe videbatur, ſententia communi ſedes Ducatus eo tranſlata eſt. Sic igitur Angelus Dux huc commigravit, ædeſq; magnificas in loco extruxit, quarum in hodiernum uſque diem reliquiæ ſuperſunt: qua occaſione tum civitatis mutari nomen cœpit, ut pro Venetiis Rivuſaltus diceretur, ut Blondus auctor eſt: pariterq; templum Olivolenſe ab Caſtello quod juxta erat, Caſtellanum vocatum. Triennio poſt Angelus Dux Heracliam refecit, at non eadẽ qua fuerat amplitudine, civitatemq; novam denominavit; quæ nunc quidẽ adhuc appellatio ſupereſt, nec tamen

ideo

o quod locus incolatur, ſed propter
iſcopatum. Idem Dux cœnobium
Zachariæ fundavit illatis ejus ſancti
i oſſibus. Circa hæc quoq; tempo-
Caſtellanam ædem Vrſus Epiſcopus
Petro dedicavit. ejuſque gentiles
npla duo binis inſulis erexere D. Se-
ro & D. Laurentio. Dein Angelus
ıx collegam imperii ſumpſit Ioannē
um natu minorem: quapropter cum
tiniani majoris natu ab imper. Leo-
Bizantio reverſi indignationem in
convertiſſet, quo ejus animo ſatis-
eret, Ioannem populi judicio Con-
ntinopolim exulatum mitti curavit,
nulq; in imperii ſocietatem Iuſtinia-
ım cum Angelo nepote ex Ioanne
o relegato ſumpſit. Exin detecta con-
ratione Ioannis Tornarici, Bonique
agadini contra Duces eos tres inita,
is comprehenſis & morte multatis,
uces periculo defuncti ſunt. Circa hęc
mpora gens Tornaricorum, Bonuſq;
agadinus ædem D. Danielis condi-
re. Mox anno à Chriſti nativitate
cccxxvII fatis intercepto Angelo Du-
, ſolus in principatu Iuſtinianus, filius
perfuit, nec tamen ſupra biennium.
us ultimo anno D. Marci Euangeliſtę
rpus ex Aſia Venetias allatum tradi-
ır. Iuſtiniano diem functo frater ejus
Ioan-

Ioannes ab exilio revocatus Byzantio
Duxq; nominatus eſt. Is ædis auguſtiſ
ſimæ D Marci quæ Curiæ Ducali co
hæret fundamenta jecit, magnaq; cum
religione ſancta D. Marci oſſa delubro
intulit. Hoc tempore Veneti maximi
copiis in Methamaucenos miſſis Obe-
lerium interfecere, quem eum in loci
relegaverant; urbemque ipſam everte-
runt: quamobrē Dux tum in Franciam
ad Regem citatus eo ivit. Sabellicus ta-
men ſcripſit ejectum conjuratione no-
biliorum aliquot civium, principe con-
jurationis Caroſio Bonicis filio, eaque
propter in Galliam profugiſſe, Caro-
ſium vero Ducatu præter auctoritatem
populi occupato, mox Baſilii Traſi-
mundi, Ioannis Martunii, ac Dominic
Ortianici prætereaq; xxx primariorum
civium, quos libertatis publicæ deſide-
rium impellebat cōſpiratione captum,
& oculis ademptis in exilium actum,
occiſo prius Theodato Aureo, Marino
Patriciaco, Dominico Monetario, aliiſq
ex factione Caroſiana plurimis. Com-
miſſa tum reſpublica donec Ioannes e
Gallia rediret, Vrſo Olivolenſi Epiſco-
po, Baſilioque Traſimundo & Ioanni
Martunio eſt. Reverſus Ioannes non
diu poſt inimicitias cum Maſtalicia fa-
milia contractas in æde Divi Petri cir-

cum-

niſque rebus in Aſia geſtis domum ſe
ecipiens apud Chion inſulam glorioſo
D. Theodori corpore potitus, id maxi-
nis cũ honoribus Venetias attulit. Me-
honem etiam in Peloponneſo domuit,
iq; Tragurium & Epetium cepit. Hac
empeſtate D. Donati oſſa Venetias à
Pera delata, religioſeq; in ejus æde po-
ita ſunt. Dominicus Dux anno magi-
tratus XI. fatis interceptus in veſtibulo
empli D. Georgii ſepultus eſt, ſucceſſo-
em illi populus dedit Petrũ Polanum
generum. Hujus ſub principatu Fanum
n Venetam ditionem venit, Petruſque
Gatiloſus ædem D. Clementis cum xe-
nodochio juxta Canalem orphanum
xtruxit; odia quoq; graviſſima diſcor-
liæq; inter Venetos & Piſanos exortæ.
Dux hic Corcyram inſulam cepit & E-
manuelem imperatorẽ adverſus Rug-
gerium Siciliæ regem adjuvit: tandem
principatu annis XIX. geſto vita conce-
dens ſucceſſorem habuit ex auctoritate
populi Dominicum Maurocenum, qui
urbes Iſtriæ tributo devinxit. Sub hoc
turris eximia D. Marci tintinnabulo-
rum, Campanile vocant, ædificari
cœpta, cujus fundamenta quæ latent
plus operis habere credo, quam ad au-
ras extet, ait Sabellicus, & ſummum fa-
ſtigium adeo ſublime eſt, ut aurei tecti



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

fulgor in alto navigantibus ad cc ſtad. veluti ſidus appareat, ipſaque ex turre naves ab Iſtria Liburniaq; ſolventes cõſpici queant. Sed antea ſatis multa hoc de opere diximus. Eodem tempore fanum D. Virginis quod Crucigerorũ dicitur, conditum, item ædes D. Matthiæ Apoſtoli à Gauſonibus, aream concedente Bernardo Cornario. Supremum ſpiritum Dux Dominicus edidit anno fere principatus octavo; tumulatus honorifice in æde Cruceia. Populus ſubinde Ducem appellavit Vitalem Michaëlem ſecundum, qui ſumptis imperii ſollennibus pacem cum Piſanis fecit, Tragurium excidit, partem murorum Epidauri dejecit, inſulam inſuper Chion in ditioné ſubjunxit. Tandem inclyta virtute homo principat⁹ an. XVII. circumventus inimicorũ invidia trucidatuſq; eſt, qua re intellecta populus comitiis coactis, creatiſque ſtatim decem-viris rempub. donec de ſumma rerũ ſtatueretur illis commendavit. Dein communibus ſententiis Aureus Malipetra vir optimus Dux appellatur; qui recuſato principatu auctor populo fuit, ut Sebaſtianum Cianum ingenii ſummi ac ſpectatæ virtutis hominem eo magiſtratu ornaret, quemadmodum etiam ſtatim factũ eſt. Hujus temporibus Venetias



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ræcia navibus onerariis quas vulgo
ıttaras vocant, tres eximiæ magnitu-
nis columnæ ſunt advectæ. Quidam
ōſtantinopoli delatas tradidere, nulla
ene diverſitate, quoniam & illa Græ-
æ urbs cenſetur. Quum ex navibus in
rrãm deponerentur, una molis vi fra-
is artificum organis in aquas decidit,
bi etiamnum imo in fundo cerni po-
ſt: aliæ duæ circa fori Marciani caput
catæ modico inter ſe ſpatio, quemad-
odū nunc conſpiciuntur, de quibus
ıpra mentionem fecimus. Artem qua
ım vaſtæ moles erigi potuere, Sabelli-
ıs præſcriptam ſe reperiſſe teſtatur, a-
erginem validiſſimorum rudentum,
: funes novos aquis madefactos pau-
ıtim ſe contrahentes; inventorem rei
ongobardũ fuiſſe, nec aliud induſtriæ
oſtulaſſe præmium, quam ut aleatori-
us hoc intercolumnio ludere vel dolo
ıalo impune liceret. Primus hic Dux
ontem Rivialti fecit. Temporibus ejus
Venetias acceſſere Pontifex Romanus
Alexander III. & Imperator Cæſar Fri-
dericus Ænobarbus, quos in gratiam
nvicē reſtituit; quamobrem ut ſe gra-
um rurſus Pontifex oſtenderet, itemq;
Fridericꝰ Imperator, præter dona mul-
is eum etiam prærogativis ornarunt.
nter cætera dedere tubas argenteas

octonas, umbraculum, facem candi-
dam, juſque in plumbum ſignandi. Sub
hoc etiam ſapientiſſimo Duce D. Marci
templum auctum eſt. Deceſſit dein an-
no imperii ſeptimo, vel ut alii ſcribunt
octavo, gravis admodum ætate; ſepul-
tus in D. Georgii. Tum comitiis coacti
populus Quatuor viros creavit deligē-
dorum quadraginta virorum à quibus
Dux diceretur. Ita Dux factus Aureus
Malipetra qui prius imperium recuſa-
verat. Is induſtria ſumma Piſanos a
Anconitanorum amicitia diſiunctos in
ſocietatem Veneti nominis pertraxit:
tandemque nono anno, vel decimo
quarto vel vigeſimo principatus, tanta
quippe hic auctorum varietas, depoſito
magiſtratu vitam monaſticam in cœ-
nobio Sanctæ Crucis capeſſivit, ubi ſu-
premum edidit ſpiritum. Huic igitur
imperium abdicanti ex plebiſcito de
quadraginta viris electoribus Dux ſuf-
fectus eſt Henricus Dandalus. Is Polam
à Piſanis occupatam recepit, & mœ-
nibus nudavit; deinde pace cum Piſa-
nis facta claſſem CCXL. navium, præ-
ter LX. triremes quas ab initio belli in-
ſtructas Veneti habuerant, in Turcas
miſit: Iaderam quartùm expugnavit
una cum Francis Iſaacum olim Impe-
ratorem ab Alexio fratre luminibus
orba-

rbatum in imperium Conſtantinopo-
s reduxit Alexio pulſo. Deinde necato
lexio alterius Alexii Mirtilli filio ſi-
ıul cum Francis Conſtantinopolim
epit, quum ſortibus ductis imperium
rancis, Patriarchatus cū imperii qua-
rante Venetis ex pacto ceſſit, quem-
dmodum nonnulli prodiderunt. His
pſis temporibus inſula Creta Venetis
. Balduino Gallo Imperatore Byzantii
ondonata eſt. Diem poſtea functo hoc
Duce, & in atrio D. Sophiæ tumulato,
ententiis XL. virorum Dux creatus
Petrus Cianus Sebaſtiani olim Ducis fi-
ius; ſub quo Venetis civibus diverſis
oca hæc conceſſa, ſic ut auctoritas im-
perii ſumma penes rempubl. Venetam
maneret, Corcyra, Methone, Corone,
Gallipolis, Naxos, Paros, Melos, Herina,
Andros, Chalcis, Tenos, Mirina, Scia-
tos, Philocalos & Lemnos. Conceſſio-
nis ea cauſa fuit, quoniam ab ipſis qui-
bus concedebantur, in ditionem ſub-
junctæ fuerant: diu vero deinceps in
Veneti nominis poteſtate conſtitere.
Deducta etiam hoc tēpore colonia eſt
Candacē, uti olim vocabatur, quę Can-
dia nunc, in Cretā: equites ex patriciorū
ordine; pedites è plebe deducti. Tabu-
lam quoq; ſub hoc Duce auream in D.
Marci ara, qua de ſupra memoravimus
 pluri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

plurimum nobiliſſimis gemmis & margaritis uti nunc cernitur, ornavit Angelus Falerius reip. procurator. Dux jam ætate confectus ann. imperii XXII. quum ſe porro negotiis curiſq; reipubl. ſufficere haud poſſe putaret, vitamque reliquã in otio ſancte cuperet exigere, depoſito ſponte magiſtratu cœnobium D. Georgii ingreſſus nec diu poſt vitam finiit, illatus monumento juxta patrẽ. Deinde XL-virorũ ſuffragiis Dux creatus eſt Iacobus Theupolus. Hujus principatu Iadera quintũ à Venetis defecit; protinus tamen recepta, concedente quoq; Bela Hungarorũ rege jus omne quod ad Hungaricum regnum ex ea urbe pertineret. Iacobus an. XX. repub. geſta moriens, ſepulcro conditus eſt in DD. Ioannis & Pauli æde quam Prædicatorum familia tenet, primuſq; Ducum tumulo hoc fanum nobilitavit. Succeſſorem in Ducatu habuit Marinũ Maurocenum, novo inſtituto deſignatum, ut prodidit Sabellicus: condita namq; tunc alia Ducum creandorum ratio, quam ſi quis cognoſcere velit, apud Sabellicum inveniet, qui libro hac de re compoſito ſummum ingenium ſummamq; prudentiam legis auctorũ celebravit. Commemoratur etiam à Donato Ianotto Florentino. Deceſſit

Mari-

Marinus Dux anno imperii quarto, conditusq; monumento in D. Marci. Succeſſorem nactus eſt per electorum ſuffragia Raynerium Zenonem, cujus tempore magna cũ Genuenſibus mari bella geſta, quemadmodum Blondus & Sabellicus memoriæ prodiderunt. Mortem is obiit ann. principatus XVII. ſepulcroq; cõditus in DD. Ioan. & Pauli. Suffectus Laurentius Theupolus Iacobi Ducis filius, à quo præliis aliquot cum Bononienſib⁹ ad Primarium varia fortuna fractis, tandem ad conditiones & pacta ventum, uti apud Blondum & item in Bononienſium annalibus perſcriptum legitur. Is dein anno imperii ſumma cum laude ac gloria geſti ſexto defunctus monumẽto DD. Ioannis & Pauli juxta patrem illatus eſt. Electores communibus ſententiis Iacobum Contarenum ſuffecere. Sub hoc armis in poteſtatẽ retracti Iuſtinopolitani Iſtriæ qui defecerant, pugnæque graves cum Anconitanis in mari factæ, cum quibus tamen & pax deinde compoſita. Confectus ætate Iacobus imparque jam reipublicæ curis magiſtratum patribus reſtituit: nec diu poſt vita concedens in ſodalium Minorum æde ſepultus eſt, primus omnino Ducum eo illatus. Poſt ejus abdicationem communi conſilio

Dux electus abſens Ioannes Dandalus, ſub quo Ptolemaidem Saraceni ceperunt. Animam edidit anno principatus decimo, magnaque pompa funus ductum ad ædem DD. Ioannis & Pauli, ubi monumento majorum illatus. Peractis ſtatim ejus exequiis ſeditio in civitate gravis oborta plebis, minaciter & acerbe de patritiorum ordine conquerentis, & Iacobum Theupolum virum gravem prudentemque Ducem poſtulantis; qui re cognita, ſtudio reipubl. libertatiſque patriæ ductus plebi ſapienter reſtitit; ſed ut vi & furori multitudinis obviam iri haud poſſe videret, inſequēti nocte clam ad Marocium cepit fugam, ibiq; tantiſper latuit donec tumultus conſideret. Dein ex inſtituto ac lege civitatis Dux creatus eſt Petrus Gradonicus, tum temporis in Prætura Iuſtinopolis abſens. Hujus principatu durante Veneti à Genuenſibus claſſe victi; conjuravitq; Bajamontes Theupolus cum Quirinis, Barociis, Doriis, Badoariis, & Baſiliis, in necē Ducis aliorumq; plurimorum imperii occupandi cauſa; ſed proditis eorum conſiliis, rei ſupplicio affecti. Iaderani ſexto defecerunt. Exceſſit Dux Petrus, imperio annis XII. menſibus IX. geſto: ſepultus in D. Cypriani. Secutus per Electorū ſuffragia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

agia Marinus Georgius, qui cœnobium D. Dominici fratrũ Prædicatorũ obſervantiæ ut vocant, fundavit,& menſe principatus x. fatis interceptus, monumento in DD. Ioannis & Pauli ede jacet. Huic rite ſucceſſit Ioannes uperantius, qui Ducatus ſexto menſe vi. anni Iaderanis in ditionẽ receptis upremũ diem explevit, ſitus in D.Mari templo juxta Baptiſterium. Sublectus patrum ſuffragiis Franciſcus Dandalus cognomento Canis ob pietatem erga patriam inſignem, ut Blondus & Sabellicus in hiſtoriis perhibent. Is bello Scaligeros petiit Veronę Pataviique regulos, & Tarviſium, Baſſianum, Caſtellum Baldi, aliaque multa oppida cepit. Caſtellum Baldi tamen & Baſſianum S. C. Carrorienſibus Patavinorũ regulis poſtea condonata. Diem Franciſcus obiit anno principatus xi. ſucceſſitque lege civitatis Bartholomæus Gradonicus. Hoc Duce ſpatioſiſſimum illud comitium in Curia factũ, ubi patritiorum ordo magiſtratibus tum urbanis tum provincialibus creandis coit, & nonnunquam diebus integris octo, dũ ſententiis variaretur, nec priuſquam conveniret abſcedendi eſſet facultas, commoratus eſt, uti Sabellicus tradidit. Comitium id ſummorum pictorum opera



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nobilitant, præcipueque Belinorum: &
viſuntur hic Iacobi Sannazarii, Petri
Bembi Cardinalis & Andreæ Navager
doctiſſimorum hominum expreſſæ a
vivum imagines. Sabellicus ſcribit tra
didiſſe quoſdam, his temporibus pri
mũ omnium ex urbe magiſtratus Me
thamaucum, Pupiliam, & Paleſtrinan
miſſos. Bartholomæus Dux annũ alte
rum, menſes nové in principatu tant
vixit, monumento illatus magna cum
pompa in D. Marci æde. Succeſſit rit
deſignat⁹ Andreas Dandalus ab inſign
benignitate humanitateque, nec majo
annis XXXVI. manſuetiſſimus appella
tus. Literarum ſtudiis admodum dedi
tus erat, & non inelegantes, ut Fran
ciſcus Petrarcha teſtatur, hiſtorias ſcri
pſit nominatimq; celeberrimas rerum
Venetarum. Hac tempeſtate Iaderan
ſeptimo defecerunt; ſed armis & v
protinus in poteſtatem redire coacti
Claſſem quoq; Genuenſium apud Sar
diniam Veneta devicit. Anno deind
principatus magna cũ laude geſti duo
decimo, Andreas fato cum conceſſiſſet
in æde D. Marci conditus monument
eſt. Sublectus rite Marinus Falerius Val
lis Marinæ Comes & Eques auratus
legatione ad Max. Pontificem abſens
Hoc tempore claſſem Venetã Paganu
Auriu

urius Genuenſium claſſis præfectus
upit. Dux Marinus ob affectatam ty-
annidem imperii menſe nono cæſus
ſt, ſublectuſque Ioannes Gradonicus
ognomento Naſonus, qui pacem mox
um Genuenſibus fecit, & poſt men-
em imperii decimum quartum fato
nterceptus, honorifico funere delatus
d ædem Sodalium Minorũ ibi ſepultus
ſt. Dux tũ dictus abſens Ioannes Del-
phinus, qui principatus anno quinto
ſupremum diem clauſit inque Divorũ
Ioannis & Pauli æde jacet. Patres Lau-
rentium Celſum abſentem quoq; tum
ſuffecere, ſub quo cum ab imperio de-
feciſſent Cretenſes, domiti mox armis
& bello ſunt ductu auſpiciiſq; Ludovici
Vermii copiarum Veneti nominis præ-
fecti. Tertio dehinc anno, menſe deci-
mo principatus exacto Laurẽtium fata
rapuere, qui magna cum põpa ſepul-
tus apud Cæleſtinos. Succeſſorẽ accepit
Marcum Cornalem; cujus temporibus
cum iterum Cretenſes defeciſſent, ar-
mis in poteſtatem redacti ſunt. Obiit
poſt anni III menſem octavum, ſitus
in DD. Ioannis & Pauli. Ducatus hinc
ad Andream Contarenũ rite delatus.
Is accepto de ſe civitatis judicio clam in
agrum Patavinũ ſe ſubduxerat: multis
tamen conjunctorum amicorumque
con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

conſiliis adactus, qui patrum mentem voluntatemque certam eſſe docebant magiſtratum capere eum oportere; ſin minus, exilio multatū tanquam patriæ hoſtem, domoque direpta bona ejus in publicum redigenda, ſuſcepit quidem imperium, at prorſus invitiſſime. Circa hæc tempora cum Tergeſtini defeciſſent, bello petiti atq; in ditionem retracti ſunt. Pugnatū eriam cum Genuenſibus frequenter, qui fortunam belli ſecuti maximis jam cladibus affecta re Veneta Foſſam Clodiam uſq; pervenerant. Vicit tamen ad extremum Veneta claſſis, & exinde feliciter hoſtem perſecuta Foſſam Clodiam decimo menſe poſtquam à Genuenſibus occupata fuerat, recepit. Pax dein anni ſexti menſe quarto poſt inceptum bellum facta. Contarenus ſupra XIV. annū princeps fato raptus, in D. Stephani æde ſepultus eſt. Patres inſignia Ducatus Michaëli Mauroceno tradidere, qui poſt quartū menſem vita decedens in DD. Ioannis & Pauli ſepulchrum habuit. Succeſſit Antonius Venerius abſens electorum votis dictus. Is tanta integritate ſeveritateque fuit vir, ut filium obſcuro carcere necari voluerit propter ſtuprū virgini oblatū civis filiæ: quanquam & occidendum publice decreverat,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

at, niſi patrum interceſſiſſent preces, quibus ſe permoveri hactenus eſt paſſus, ut in carcere ſupremum vitæ diem agere eum pateretur, exemplum hercule nec impar gloriæ Bruti Torquative. Vita conceſſit tam juſtus ac ſeverus Princeps anno Ducatus XVIII delatuſq; eſt in ædem DD. Ioannis & Pauli. Succeſſorem accepit Michaëlem Stenum; ſub quo in Venetam venere ditionem Verona, Vicentia, Colonia, Feltrium, Bellunum, Patavium: Iaderamque Ladiſlaus Hungarię rex Venetis vendidit. Diem functus anno principatus XIII. honorifice delatus eſt in ædem D. Marinæ. Traditum à quibuſdam ſcimus, ultimum eum familiæ ſuæ, Stenorum extinxiſſe nomen. Sublectus patrum ſententiis ſtatim Thomas Mocenicus, qui tum legationē ad Gabrinum Fondulum Cremonæ tyrannum obibat. Eo inſignia Ducatus tenente Venetum in imperium venere Civitas Fori-Iulii, Opitergium, totaque Fori-Iulii regio: Baſilica D. Marci incendio conflagravit, inſtaurratæque Ducales ædes. Poſt decimum principatus annum, menſem tertium mortuus, in æde DD. Ioannis & Pauli monumento conditus eſt. Patres Franciſcum Fuſcarum ſuffecerunt, ſub quo ad Veneti nominis au-

ctori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ctoritatem ſe contulere Brixia, Berg mum, & Ravenna. Clades etiam a Caravagium à Franciſco Sfortia M diolanenſium legato accepta; cum qu deinde contracta ſocietas in imperiu accepta Crema, rurſuſq; bellum geſti tandem vero cum Dux Mediolani eſſ factus, amicitia denuo inita fœduſqu percuſſum. His temporibus Veneti venit Fridericus III. Imper. cum Elec nora Imperatrice, quibus haud diu ant Pontifex Max. Auguſtulem coronar Romæ impoſuerat. Eos Dux & patre ſummis honoribus exceptos ampliſſ mis quoque muneribus ornavere. Du cem hunc dein annum ætatis XIX. a gentem prudentiſſime repub. geſta au ctaque, quoniam ob decrepitam æta tem publicis amplius curis haud ſuffi cere videbatur, patres ab imperio de poſuere, ſublecto Paſchale Malipetra qua re ſenex intellecta, principatus an XXXIV. quoniam in affecto corpore vi tamen animi vigebat, non diu poſt e dolore mæroreq; mortem obiit; dela tuſq; eſt in ædem ſodalium Minorum habitu inſignibuſq; Ducalibus exornatus, in pompa funeris comitante novo Duce cum patribus magiſtratibuſq; urbis veſtem atram ac lugubrem indutis; quod omnino abſq; temporũ ſuperio-
rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

um exemplo contigiſſe, nimirum ut Dux alter alteri funus duceret, etiam abellicus teſtatur. Paſchalis vero poſt nnũ quartum, menſem ſextum & ipſe ita conceſſit, in DD. Ioannis & Pauli itus. Succeſſit rite Chriſtophorus Mauus, qui Anconam ad Pium II. Pontifiem cũ triremibus aliquot profectus, peram ſuam in bellum Turcicum de quo conſilia tum erant inita, obtulit. ub hoc Principe Chalcidem expugnavit Othomanus Turcarum rex. Ædem um cœnobio D Iobis ſtruxit; anniſque novem, menſibus ſex republica geſta, ſpiritum ſupremum edidit, monumento poſitus in Divi Iobis æde. Patrès Nicolaum Tronũ ſuffecere, qui nummum argenteum percuſſit cum ſua imagine, Tronos vocant, & poſt xx. Ducatus menſem exceſſit, ſitus in æde ſodalium Minorum. Sublectus inde Nicolaus Marcellus, qui nummum & ipſe cum ſuæ gentis appellatione ſignavit, & vix xv menſe principatus exacto moriens ſepulcrũ habuit in D. Marinæ. Secutus eſt Dux rite deſignatus Petrus Mocenicus, à quo nũmus dictus gemini Marcelli pretio Mocenicus. Fato cõceſſit anni principatus ſecundi menſe altero, in DD. Ioannis & Pauli ſitus. Ejus temporibus in Forum-Iulium incurſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

curſarunt Turcæ, ferroque & incend
cuncta vaſtavere paſſim, ut Sabellic
in hiſtoria rerum Venetarum copio
perſcripſit. Succeſſit in Ducatu patru
ſententiis Andreas Vendraminus, q
anno principatus altero diem ſupr
mum finivit, delatuſque eſt funere i
ædem Servorũ. Excepit hunc Ioann
Mocenicus Petri olim Ducis frater; ſu
quo Scodram Turca cepit ob præfec
ſocordiam quem Venetus præſidio lo
impoſuerat; maximumque bellum a
diuturnum cum Hercule Ateſtino Fe
rariæ regulo geſtum: in quo totius pro
pemodum Italię principes adverſus Ve
netos pugnavere: ſed cũ ii de magnitu
dine animorum ac viribus nihil quic
quam demitterent, tandẽ pax hujuſce
modi conditionibus facta eſt, ut Polic
nium Rhodiginum apud ipſos relin
queretur. Ducales etiam ædes hoc tem
pore cõflagrarunt, refecitq; mox Ioan
nes. Eo dein principatus anno ſeptim
diem functo, ac in DD. Ioannis & Pau
æde tumulato, Marcum Barbadicun
patres Ducem appellarunt, qui fato ra
ptus ingenti cum civitatis dolore, quo
niam mirifice diligebatur, monumen
to illatus eſt in fanum Charitatis. Suc
ceſſorem habuit Auguſtinum Barbadi
cum fratrem. Is cum Ludovico Fran
cia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

umventus, & ornamentis ducalibus ſpoliatus, adempta barba capilloque, magiſtratus anno octavo relegatus in Franciam eſt, ubi ſacris inauguratus, vitæ ſupremum diem cum mærore finivit. Ducẽ illi populus ſublegit Petrum Tradonicum Polæ natum, qui Gallico tumultu Æquilio pulſus Venetias ſe receperat. Is filium in principatu Collegã poſtulavit Ioannem, & claſſe LX. triremium Michaëlem imperatorem Conſtantinopolis adverſus Saracenos Apuliam infeſtantes juvit, ideoque Protoſpatarius ab eo dictus, qui tũ temporis ſecundus ab imperatore Græciæ cenſebatur honor, Dux hic D. Pauli ædem ædificavit. Quarto dein anno Sclavi Caprularum urbem delevere ſub Pontificatu Maximo Sergii, qui prius Os porci dictus fuerat: eodemque anno fanum D. Margaritæ Maurus Epiſcopus Caſtellanus cõdidit. Dein orbatus filio Dux Petrus, & rempubl. ſolus gerens, quum in reditu à D. Zachariæ domum, à conjuratis quibuſdam anno principatus XXIX. fuiſſet occiſus, populi conventu Tres viri creati, Petrus antiſtes Aequilius, Ioannes Archidiaconus Gradenſis & Dominicus Maſſonius, qui de conjuratis & percuſſoribus haberent quæſtionem; ipſeque Dux in

D.Zachariæ tumulatus anno poſt C.N.
D CCC LXIV. quemadmodum Blond
ſcribit. Sublecto tũ Vrſo Patriciaco,c
principis familia non prius ædes Duc
les ut populo traderet adduci potui
quam inſula ſibi Pipilia cũ immunita
& conditionibus certis incolenda co
cederetur, ut Blondus auctor eſt. Sab
licus tamẽ aliter, quoſdam ex princip
interfecti domeſticis reos ejus cædis
exilium ejectos, quoſdam ad quintum
Venetiis lapidem Pupiliam in inſula
relegatos ſcribit, qui eò cum uxorib
ac liberis profecti tantis incremẽtis a
geri cœperunt, ut frequentiſſimum
oppidum poſt evaſerit; quod deinde G
nuenſi bello deletum eſt. Locus nu
vulgo Poveia nominatur; antiqui Pup
liam, ut ait Sabellicus, dixere. Dux Vrſ
an. principatus XIII. populi conſen
Ioannem filium collegam aſſumpſi
Multa pręclare contra Saracenos geſ
qui Anconem cremaverant; hoſtem
ipſum ora maris Adriatici tota prop
modum ab Hydrunte Anconam uſq
direpta vaſtataq; ad ſinum Tarentinu
ut idem ibi faceret converſum, mag
cum multitudine Chriſtianorum perf
cutus, tãta fortitudine virtuteq; petii
ut ingenti cum detrimẽto ejus fugare
rurſuſq; dein ad inſulam Gradum pr
fectum

ectum, eamque diripientem, tanta vi tantoq; animo aggreſſus eſt, ut fugere quam ocyſſime cogeret: nec inſequi deſtitit uſq; dum ex Adriatico ſinu prorſus ejecta peſte, Italiam parte hac pacatam tutamq; reddidiſſet. Hac de cauſa cum ab Imp. Conſtantinopolitano Baſilio Protoſpatarius Apocriſanorũ fuiſſet appellatus, honoris illius gratiam eximio munere XII. ingentium ex ære tintinnabulorum rependit, anno poſt C.N. ut Blondus auctor perhibet DCCCLXX. Prima hæc omnino tintinnabula, vulgus campanas vocat, Græcia vidit. Maxima deinde gloria rerum geſtarũ inclytus Vrſus vita conceſſit ann. principatus XVII. Ioanne filio ſolo Duce ſuperſtite. Nihil & hic à veſtigiis laudatiſſimi patris deflectens, Comaclum Ravennatibus ademit: at anno tertio poſt ob valetudinem infirmam cum populi voluntate fratrem ſibi Petrum ſubſtituit, confirmatuſq; dein collegam retinuit. Is æde DD. Cornelii & Cypriani in Methamauceno littore condita diem obiit. Tum Ioannes majorem fratrem Vrſum accepit collegã cum populi voluntate: quo poſt dies paucos imperio ſe abdicante, Ioannes etiam dein idem valetudinis cauſa fecit, ſexto poſt obitum patris anno. Sic cum ambo Duces



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

magiſtratu ultro ceſſiſſent,populus p
comitia Ducem legit Petrum Candi
num prudentiæ conſiliiq; maximi v
rum,anno à C. N. DCCCLXXXVII. H
præclara claſſe Naretanos ſeu Sclav
ſuperavit, & iterum adverſus eoſde
pugnans in conflictu cecidit quin
menſe principatus. Hujus ob morte
turbatis vehementer populi animis I
annes Patriciacus quē abdicaviſſe m
giſtratum modo diximus,gubernacu
Ducatus recepit ad tēpus, donec tra
quillis comitiis Dux alius deſignaretu
uti ſexto poſt interitū Candiani men
contigit. Electo itaque tum Petro T
buno, qui à Chr. Nat. DCCCLXXXVI
annus fuit, Ioannes novo Duci mag
ſtratum ceſſit. His temporibus in Ital
duo reges caput efferre cœperunt Fra
cis ſpretis. Berengarius fuit Forojulie
ſis,& Guido Spoletinus. Petrum Trib
num Ducē Byzantinus Imperator Pr
toſpatarium etiam appellavit. Is Ven
tias mœnibus cinxit à Rivo Caſtello u
que ad D. Mariæ Iudenicæ; quo in lo
magnum canalē ab æde Iudenicæ u
ad D. Gregorii catena ducta clauſ
Hoc anno Italiam vehementer afflix
runt Hungari,qui ab Tarviſio Mediol
num uſq; ferro flammaq; cuncta vaſt
runt,& ſtagna quoq; Venetorum nav

us repente factis ingreſſi. Civitatem ovam, Foſſamque Clodiam & Caput ggeris diripuerant. Fuſi tamen dein à erengario qui exercitum xv. mill. armatorum contraxerat; verũ non tam ffecti quin iterum acie dimicantes coias illius propemodum ad internecionem cæderent: quamobrem cum hotem vi pelli haud poſſe Berengarius animadverteret, ad artes & munera cõverſum largitione effeciſſe ut ad ſua reverterentur, Blondus & Sabellicus perhibẽt, qui copioſe temporum horũ calamitates monumentis prodidere. Petrus Tribunus Dux gloria rerũ præclare geſtarũ inſignis diem ſupremum explevit anno principatus xxiii. populus Vrſum Patriciatũ ſuffecit ut Blondus ſcribit, ſed Vrſum Badoarium dicit Sabellicus. Is prudentia bonitateq; vir ſumma fuit,&Protoſpatarius etiam ab imperatore Conſtantinopolitano appellatus. Circa hæc tempora Conradus Germanus Imperii Romani gubernacula adeptus eſt: quamobrẽ turbatis paſſim Italiæ rebus maximam ejus partem occupavere Saraceni. Dux Vrſus poſt geſtam ſapienter rempubl. annis fere xix. imperium populo reſtituit, & in D. Fælicis Amiani cœnobio vitã reliquam inſtituto monaſtico ſancte exegit. Suc-

ceſſit illi Petrus Candianus qui & Sanutus, nam Candianorũ gentem Sanutos poſtea dictos Sabellicus auctor eſt. Patrem is habuit Petrum Candianum Ducem, qui uti prædiximus in pugna cum Narentanis cecidit. Protoſpatarii quoq; dignitate ornatus uti ſuperiores Duces ab Imperatore Byzãtino eſt. Primus imperium Venetum in Liburniam Dalmatiamque provexit; tam enim eo ſeculo res Imperatorum afflictæ jacebant, ut quacunque vi facile ditionem ſuam occupari paterentur. Genua quoque tum à Saracenis direpta, cum ejus urbis maritimæ opes vireſq; labefactatæ graviter ea clade fuiſſent, Veneti ſubinde mari potẽtes eſſe cœperunt, & exin continuo proceſſu ad tantũ maritimæ fortunæ culmen evecti ſunt, ut hoc tempore non modo rem aliorum quamvis æquent, verum etiam plurimas excedant, quemadmodum exemplis documentiſq; frequenter conſtitiſſe Blondus, Sabellicus, Platina, multiq; præterea ſcriptores docent. Petro Duci poſt annum alterum fere principatus, vel ut alii tradunt, ſeptimũ, fatis intercepto, populi ſuffragiis Petrus Badoarius Vrſi olim Ducis frater ſuffectus eſt; cui quoque biennio pòſt diem functo populi item ſententiis creatus ſucceſſit

Can-

Candianus Badoarius filius. Is à patre collega prius voluntate populi aſſumptus, propter inſolentiam ab imperio depoſitus fuerat; verum in melius dein mutato vitæ inſtituto, caſtigante mores ætate, tantam opinionem virtutis collegit, ut ſumma totius civitatis volũtate ac lętitia patri defuncto in principatu ſublegeretur quo dejectus antea fuerat. Itaque Dux factus populi conſenſu Petrum filium natu minorem imperii conſortem aſcivit, qui poſt ob morum feritatem & inſolentiam non ſolum poteſtate publica ſpoliatus, verum etiam in carcerem detruſus & capitis condemnatus eſt; vitam tamẽ patris impetravere preces, ut Ravennam exulatũ mitteretur; ubi poſtea nullis in patriam injuriis abſtinuit, ut ea propter mœrens pater anno principatus ſeptimo, vel ut alii volunt, undecimo de vita migraret. Huic tamen per comitia filium eundẽ qui carcerem & exilium tulerat uti jam diximus, Petrum Candianum civitas ſuffecit. Is anno XVIII. vel XIX. Ducatus tyrannice geſti cum per ſeditionem popularium circumſeſſus in Ducali domo fortiter inde cum ſuis ſe tueretur, flammis in ædes ab tumultuantibus injectis, ardente tecto fugam capiens una cum filiolo crude-

liter obtruncatus eſt; incendioque illo non ſolum curia Ducalis, ſed etiam D. Marci, D. Theodori, Divæque Mariæ Iudenicæ templa, privatæ vero domus ſupra ccc. conflagrarũt. Blondus trium Ducum qui hunc Petrum Candianum ordine præceſſere, memoriam omittit, nempe Petri Candiani primi, Candiani & Petri Baduariorum; nonnullaque ſub hoc ultimo Petro Candiano commemorat, quæ ſub primo contigere; & rurſus quædam primi temporibus attribuit, quæ ſunt poſterioris, ut hæc tẽpora liquido confundat, fortaſſe quia non animadvertit geminum fuiſſe Petrum Candianũ Ducem. Creatus exin pacatâ poſt interitum Petri Candiani civitate Dux Petrus Vrſeolus, qui provinciam oblatam magna conſtantia recuſavit, & vix tandem ut ſuſciperet precibus ſe amicorũ ſummis ſivit permoveri, maturus vir & ſapiens. Inito itaque licet invito magiſtratu, D. Marci baſilicam refecit, magnaque cum religione ſanctiſſimas ejus reliquias quæ flammis ardente tẽplo fuerant ereptæ, ſuum in locũ repoſuit. Tabulam quoq; ditiſſimam illam & artificioſiſſimã ex auro mirabili nobilitate gemmarum ornatam, quæ ab Conſtantinopoli delata tum erat, & in hodiernum uſque
diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tiem hic viſitur, & aram templi ſum-
mam collocavit. Hoc tempore Ioannes
Maurocenus monachus D. Georgii cœ-
nobium auxit. Dux haud diu poſt clam
in Aquitaniam anno imperii ſecundo
profugiens, monaſticum inſtitutum vi-
tæ cœpit, in luctũ & lachrymas cuncta
civitate merito propter amiſſum tan-
ta ſapientia humanitateque Principem
effuſa. Sublectus illi Vitalis Candianus
Petri tertii filius; at non diu remp. geſ-
ſit: etenim anno altero cauſa valetudi-
nis abdicato Ducato, in cœnobium D.
Hilarii ſe deferri voluit, ubi fato deinde
conceſſit. Ejus ædis ruinæ adhuc ſuper-
ſunt ad Brentam in pago Gambararũ
à Venetiis VIII. lapide. Lectus hinc per
comitia Dux Tribunus Memus, pru-
dentiæ ſingularis, ſed admodum taci-
turnus & verborum parcus vir. Hunc
anno XIV. principatus magiſtratum ab-
dicare, monaſticamque veſtem ſumere
populus coëgit; cui injuriæ nec diu ſu-
perfuit. Depoſitum ab eo magiſtratum
civitas paribus ſententiis ad Petrum
Vrſeolum detulit, ſub quo res Veneta
non ſolum finitimis in locis, verum
etiam extra ſtagna longe lateq; crevit:
ſubjunxit quippe in ditionẽ Parentium
& Polam, itemque Iaderam; dein &
omnem oram Dalmatiæ quæ mari ap-

 poſita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

poſita domuit, etiam Belgrado Tragu
rioque Dalmaticis inſulis cum Epeti
parere coactis. Corcyram nigram inſu
per expugnavit, & vi quoque cepit L
ſinam evertitque. Epidaurios in amic
tiam accepit: Naretanis imperia dedi
breviter univerſum Dalmatiæ tractu
circa mare cũ inſulis finitimis ab Iſtr
uſq; ad extremos Illyrici fines dition
effecit Venetæ. Cum hac inſigni reru
geſtarũ gloria reverſus, ex Senatuſcon
ſulto Dux Venetiarum, & Dalmatiæ d
ctus eſt, ita quidem ut hoc nominis a
poſteriores exinde principes etiam c
mearet. Vrbem quoq; Gradum inſtau
ravit, quam Pepo Aquileienſis Patria
cha fraude captam everterat: refec
ibidem etiam ædẽ ſplendidiſſimam i
latis ſummo cũ honore DD. Fortuna
Hermacoræ, Dionyſii, Largi, & He
mogenæ oſſibus. Domum quoq; nob
lem ſeceſſus cauſa ſibi ſtruxit Heracli
cum ſummo templo. Circa hæc tem
pora Venetias Roma venit Imp. Cæ
Otho, civitatemque munere liberav
aurei pallii, quod imperatoribus R
manis in annos ſingulos ex pacto pra
ſtabat. Poſthæc voluntate populi coll
gam ſibi Dux Petrus filium aſſumpſ
Ioannem. His temporibus Faletroru
gens nobilis ædem D. Benedicti cu
cœno

enobio fundavit, additis ad alimenta onachorum fundis plurimis. Petrus ux annis XI. principatu geſto cũ jam nte Ioannes fil. deceſſiſſet, diem obiit; pultus in atrio D. Zachariæ. Sublean us eſt Otho filius. Is virtuti paternæ audquaquam impar Adrianos apud auretum tanta ſtrage cæcidit, ut dies xtremum urbis Adriæ fatum ac intetũ habuiſſe viſa ſit, quæ mari Adriaico propter celebritatem olim nomẽ ederat, uti in Romanula tranſpadana iximus. Idem Dux Valerianos etiam uorum regio nunc Corvatia, devicit: andem vero conjuratione Dominici labonici hominis nefarii circumvenus, ademptaque barba in Græciam xulatum miſſus, ibi poſt dies paucos mœrens animam edidit, poſt V. fere ſumpti Ducatus annum. Suffecit populus Petrum Centranicum vel Barbolanum, nam utrumque nomen ejus familiæ fuit. Sub hoc Duce Pont. R. Gradenſem Eccleſiam regionis Venetiæ cæterarum metropolitanam conſtituit. Quarto principatus anno ſeditione populariũ, auctore Vrſo Gradenſe Patriarcha Dux Petrus captus & barba ſpoliatus cum habitu monaſtico in exilium ivit. Imperium mox Vrſo Patriarchæ cõmiſſum, donec Otho Vrſeolus frater



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ab exilio revocatus adveniret: at poſt-
quam eum vita jam prius deceſſiſſe
conſtitit, Vrſus Patriarcha Ducatus gu-
bernationem apud populum depoſuit
quem mox Dominicus Vrſeolus præter
auctoritatem civitatis capeſſere auſus
non ultra biduum potuit tenere: impe-
tu enim multitudinis ad cædem quæ-
ſitus, fuga Ravennam evaſit, ubi judi-
catus exul poſt dies paucos mortem
obiit. Eo itaq; fuga dilapſo Dominicu
Flabonicus per comitia Dux creatur. I
& auctor prius fuerat, ut Otho Vrſeolu
in exilium truderetur, & principatum
adeptus propter inimicitias odiumqu
quod cum Vrſeola gente privatum ex
ercebat, omnibus viribus contendi
effecitque, quo gens illa plebiſcito veta
retur ad Ducatum alioſve magiſtratu
ac honores unquam aſpirare, juſqu
ſuffragiorum etiam in civitate dein
ceps habere ullum. Legem vero & uti
liſſimam reipublicę rogavit, ne poſteri
Ducibus collegam in imperio ſumere
quod ſuperiores plerique fecerant, ju
porro eſſet. Decimo principatus ann
gravis ætate vitam finivit. Blondus i
horum Ducum recenſione plurimun
deficit, uti & in ſequentium; quamob
rem Sabellicũ nos ſequemur, quod ha
ctenus etiam fere fecimus. Dominic
Fla

labonico Duci vita defuncto populus )ominicum Contarenum ſuffecit. Hic aderam quæ ab imperio defecerat, expugnavit: intereaque Pepo Aquilienſis 'atriarcha, Gradu iterum capto, majoi ibi clade quam prius, incendio ac vatatione graſſatus eſt. Dominicus Conarenus Dux cœnobium D. Nicolai liorei, nec procul hinc aliud D. Angeli undavit. Animam edidit poſt annum magiſtratus XXVI. & ad D. Nicolai liorei funere publico elatus eſt. Ibi tum n exequiarum ejus ſolennibus repente Dux novus à populo communibus vois & ingenti totius civitatis lætitia nominatur Dominicus Sylvius. His temporibus Dominico Olivolenſi Epiſcopo mortuo, Ducis filius ſuffectus Henricus, qui Olivolenſem Eccleſiam Caſtellanam juſſit vocari, quod nomen hinc ad poſteritatem manavit. Ducem Sylvium, cum in Normannos ad Dyrrachium eſſet profectus, anno principatus XIII. male geſta re Venetias reverſum populus ab imperio depoſuit. Alii tamen anno XXIII Principatus fato conceſſiſſe prodiderunt, & in D. Marci ſepultum. Succeſſit rite per comitia Vitalis Falerius, qui per legatos ab Imperat. Conſtantinopolitano Alexio, Dalmatiæ Corvatiæq; imperium obtinuit, pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

primuſque regionum illarum omniur
Dux, uti in quibuſdam annalibus legi
tur, appellatus eſt. Circa hæc tempor
Venetias ab Tarviſio venit Imperato
Henricus IV. qui admiratione ſumm
propter ſitum loci ac deſcriptionem æ
dificiorum commotus, poſt multa d
laudibus civitatis dicta, Regnum ean
nuncupavit, quoniam regni forman
tot inſulæ confertæ tectis habere vide
bantur. Hoc anno quoq; ſacrum Div
Marci Euangeliſtæ corpus, quod di
abditum latuerat, repertum, & maxi
mis populi honoribus affectum tradi
tur, Marcus quoque Iulianus cœno
bium Virginis tum quod Charitati
dicitur, ædificavit. Deinde Laureti ca
ſtellum quod ob antiquitatem pen
conciderat, Dux Vitalis refecit, additi
immunitatibus permultis quo frequē
tius incoleretur locus. Defuncto e
duodecimo Principatus anno, vel, u
alii, decimo tertio, Vitalem Michaëlem
populus Ducem dixit. Is claſſem ducen
tarum navium in Ioniam miſit, quo
tempore Chriſtiani ad bellum ſacrum
in Aſiam ivere. Obiit anno Ducatu
quinto; ſuffectuſque civitatis ſuffragii
Orlaſus Falerius, ſub quo Balduinus rex
Hieroſolymarum Venetis ob rex maxi
mas contra Saracenos geſtas ædem,
vicum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cum,forum,aream,una cum Francis
abere permiſit apud Ptolemaidem,
bi jus arbitrio exercent ſuo;nec ſolum
a in urbe,ſed inHieroſolymitani regni
mnibus ubi vellent idẽ conceſſit, ad-
itis pręterea multis prærogativis.Hoc
empore quoque Venetiis incendium
aſtiſſimum eſt obortum,quo plurima
ecta magnaq; pars urbis conflagravit:
tenim à domibus Henrici Zenonis e-
agata flamma uſque ad ædem D. A-
oſtoli proceſſit , cremataque tota hac
egione trans canalem magnum ven-
o acta, etiam D. Caſſani inſulam ab-
umpſit : hinc inſuper uſque ad Matris
Domini fanum omnia hauſit, & ulte-
rius etiam D. Agathæ vicum , D. Au-
guſtini,Diviq; Stephani trans canalem
vaſtavit. Ignem hunc alius eſt ſecutus
major,altero vel paulo amplius menſe,
qui ab ædificiis Zancanorum in inſu-
lam D.Laurentii proceſſit;hinc evaga-
tus utrinque denas ſenas urbis inſulas
exedit cũ parte Ducalis domus,quæ ad
ædem D. Baſſi erat converſa. Blondus
auctor eſt plebanica templa fere vigin-
ti arſiſſe. Eodem tempore Methamau-
cum etiam incendio flagravit,paucoſq;
poſt dies cum terræmotibus , tũ inun-
datione deletum pene totum eſt: qui-
bus caſibus etiam Venetiæ tum magna
ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ex parte conquaſſatæ. Mirum porro v
deri debet nemini, tanta his tempo
bus incendia coorta neque ſolum V
netiis, verum etiam aliis in urbibus It
liæ, quemadmodum apud Bononienſ
atque Mediolanenſes, uti in hiſtori
Bononiæ ſcripſimus; quippe quia tu
domus plerumque materia conſtaba
lignea, uti etiamnum in Gallia Germ
niaque; quamobrem accenſus uno i
loco ignis facili momento ventorū
longe lateq; ſpargebatur. Hujus quo
Ducis temporibus Gradonici fanum L
Cypriani cum cœnobio condidere M
riani, quo virgines à Methamaucen
D. Cypriano monaſterio tranſlatæ. P
riter & domus Hilarianæ; Methama
cenæ ſodales ædem D. Sorboli incole
dam acceperunt, Badoariiq; templu
Sanctæ Crucis cum Virginio funda
vere. Poſt hæc Ordelaſus Dux Iadera
recepit quæ à Venetis ad Hungariæ r
gem defecerat; ac dein bellum adverſ
Hungaros in Illyrico gerens, ictu la
ceæ periit anno principatus XIX. Ven
tiaſque delatus ſepulchrum in D. Mar
magnis cum honoribus adeptus e
Comitiis inde protinus indictis Dom
nicus Michaël Dux appellatur, qui cla
ſem CC. navium in Turcas Syriam inf
ſtantes Chriſtianis duxit auxilio; max

miſqu

æ rege fœdus icit de Ludovico Sfortia
Mediolani imperio pellendo. Societatis
erat perſcriptum legibus, ut Cremona
& Soncinum cum tota Abduæ Glarea
Venetis cederet, uti etiam evenit. Antea
quoq; Ferrandinus rex Neapolis bello
Caroli octavi Francorum regis qui re-
gnum Neapolitanum cepit, Brundu-
ſium, Monopolim, Hydruntũ, & Man-
fredoniam magna pecuniæ vi accepta
Venetis oppignoraverat. Hujus inſuper
Ducis temporibus Methonẽ & Coro-
nem in Peloponneſo, item Naupactum
Bajazetes Othomanus Turcarum rex
occupavit. Imperio dein annis xv. ge-
ſto fatis abſumptus Auguſtinus in æ-
de Charitatis monumento poſitus eſt.
Succeſſorem habuit Leonardum Lau-
redanum, virum bonum ac ſapientem,
cujus temporibus omnes propemodũ
orbis Chriſtiani principes ſocietatem
contraxerant adverſus Venetos; quos
cum Ludovicus XII. Franciæ rex in
Italiam exercitu adducto, memorabili
apud Ripaltam pugna cæcidiſſet, impe-
rium eorum exuere, Bergomum, Bri-
xia, Cremona, Verona, Vicentia, Pata-
vium, cum maxima Forijulii parte,
Crema item & Soncinum, & alia pluri-
ma Lombardię Marchiæque Tarviſinæ
oppida, Romanulæ quoque Ravenna,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Cervia, Faventia, Ariminum. Apuli
Monopolis, Brunduſium, Trinium, &
Hydruntum. Vidit tamē idem Princep
receptū primo Patavium, deinde cu
Veneti Ludovicum regem ejuſque ſu
ceſſorem Franciſcum fœdere ſibi con
junxiſſent, etiam Bergomum, Brixian
Vicentiam, totumque Forumjuliun
Mortuus, annis XIX. menſibus VIII. di
bus XX. ſapientiſſime geſta republic
poſt Chriſti nativitatem MDXXI ann
Funus maxima pompa ductum a
DD. Ioan. & Pauli ædem, ubi ſitus e
Patres Antonium Grimanū poſtrid
Nonas Iunii ſublegere, ſenem admod
& ætatis annum LXXXVI. menſem V
agentem. Is fortunæ ludum variis ca
bus tulerat: nam cum olim ob rem i
fæliciter adverſus Turcas mari geſtan
ſumma ſane cum dignitatis & exiſt
mationis jactura exulare in Creta un
& centum annis fuiſſet juſſus, difficil
mis inde reipublicæ temporibus ami
ſo pene toto continentis imperio, po
Chriſti nativitatem MDX anno revoc
tus ab exilio, Divique Marci Procur
tor erat factus; ad extremum Dux i
ſuper appellatur. Deceſſit in hoc mag
ſtratu anno ſecundo, à Chriſti nativit
te MDXXIII. funere delatus honorifi
ad D. Antonii Caſtellani fanum. H
itaqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

aque ſummi ingenii ac ſapientiæ viro
rbata civitas, Andream Grittum Du-
em nacta eſt, eximium hominem, &
am corporis, quam animi dotibus e-
regie decoratum: erat enim præclara
atura, commodiſſimoque membro-
um qui homini contingere queat ha-
itu, humanus, facundus, & uſu rerum
maximarum pacis belliq; temporibus
xercitus. Multos calamitoſis reipubli-
æ temporibus pro patria labores obi-
erat, quum illa totius fere continen-
is amiſiſſet imperium; nec unquam
defatigari ſe ulla in re erat paſſus. Eadẽ
vero commendatione principatum
geſſit qua ſuperiores reipublicæ curas
omnes, ſapienter nimirum & juſte mo-
derateque. Vita conceſſit anno poſt
Chriſti nativitatẽ milleſimo quingen-
teſimo, trigeſimo octavo, menſe De-
cembri, magno ſui apud mortales deſi-
derio relicto; ſepulchroq; conditus eſt
in Divi Franciſci Venialis. Patres inſe-
quenti menſe MDXXXIX. anno Petrum
Landum appellavere Ducem, qui con-
ſiliis optimis ſummaq; prudentia rem
maritimam itemque continentis rexe-
rat, & maximam apud omnes virtutis
opinionem erat conſecutus. Præfuit ad
annum uſque MDXIV. à Chriſti nativi-
tate, quo menſe Novembri fatis con-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ceſſit. Funus ductum in D. Anton Caſtellani ædem, ubi monumentur vivus ipſe ſibi nobile poſuerat. Succeſ ſorem habuit eodem anno ac menſ deſignatum Franciſcum Donatum, ex ploratæ notæque virtutis & ſumma ſeveritatis prudentiæque virum, qu nunc inſignia Ducatus gerit.

## VIII.

### SERIES DVCVM VENETORVM & brevis annotatio eorum quæ ſub ipſis memorabilia contigerunt.

*An. Chriſti.* 697.

PAVLVTIVS Anaſeſtus primu in Heraclia Venetorum Dux cum antea per CCXXX. & amplius annos Reſpubl. Tri bunitia poteſtate fuiſſet adminiſtrata præfuit ann. XX. menſ. VI.

717. Marcellus Tegalianus Hera clianus; præfuit ann. IX.

726. Vrſus Hypatus, anno Ducatu undecimo ob inſolentem Dominatur à ſuis trucidatus.

Medoacum migratum, & Magiſte militum in Ducis locum ſubſtitutu qui magiſtratus aliquot annis duravit

742. Theodatus Hypatus Vrſi Fi tertio decimo Duc. anno à Galla ex

cœca

pœcatus & dignitate per vim dejectus.

755. Galla ſecundo Ducatus ſui anno cum poteſtate male uteretur, & ipſe oculis privatus & in exilium actus.

756. Dominicus Monegareus, quem ob ferociam ingenii & tyrannidem Reſp. oculis & Ducatu privavit quinto Duc. ſui anno.

764. Mauritius Galbajus Heracleenſis, hic ob Remp. bene geſtam obtinuit, ut Ioannem filium ſibi collegam in Ducatu cooptaret. Incidit lis & mox bellum cum Gradenſi antiſtite, cui Pipinus Caroli F. ſubſidio venit; Ioannes nequaquam patriis artibus Rempubl. adminiſtrans Gradenſem antiſtitem nefario ſcelere occidit; præfuit autem Mauritius an. XXIII. Ioannes cum patre IX. totidemque poſt illius obitum, & cooptato filio Mauritio minore annos VII. obiit cum filio in exilio.

804. Obelerius Anthenorius, qui Beatum fratrẽ ſibi collegam aſſumſit, & mox Valentinum: hujus tempore acerrime inter Gallos & Venetos belligeratum; de exitu trium horum Ducum varia & incerta traduntur; ſed conſtat eorum principatum quintum annum non exceſſiſſe.

809. Angelus Particiatius, primus Dux in Rivoalto; is Iuſtinianum filium



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

& Angelo ex eodem nepotem collega ſibi aſcivit; & rebus præclare in Carni geſtis XVIII. regiminis ſui anno deceſſit

827. Iuſtinianus Particiatius ſolu tantum duos annos Rempubl. adminiſtravit.

828. Ioannes Particiatius Iuſtin. F. octavo Duc. an. à nobilibus Gradum relegatus & monaſtico habitu indutus

836. Petrus Tradonicus, hic ex Pol oriundus Ioannem F. ſibi collegam ſumſit. Ingens clades in mari à Mauri accepta. Inteſtinaq; diſcordia inter nobiles familias laboratum. Ipſe decimo nono Ducatus ſui anno à conjurati fœde trucidatus eſt.

864. Vrſus Particiatius, Ducatum ſatis proſpere adminiſtravit & anno Duc. ſui XVII obiit.

881. Ioannes Particiatius. Comaclium à Venetiis captum; hic ob adverſam valetudinem VI. anno magiſtratu ſe abdicavit.

887. Petrus Candianus, quinto Ducatus ſui menſe in navali cum Narentanis pugna fortiter dimicans occubuit.

888. Petrus Tribunus; magna clades ab Hunnis accepta, qui tandem Italia exceſſerunt: obiit anno Duc. undevigeſimo.

909. Vrſus Badoarius, anno unde-

mo Ducatu ſe abdicavit & monaſti- am vitam eſt amplexus.

920. Petrus Candianus; hujus tem- ore Iuſtinopolitani ſub Ventor. ditio- em veniſſe dicuntur : occubuit anno Duc. VII.

939. Petrus Badearius duos tantum nnos Reipubl. præfuit.

941. Candianus Petri fil. Petrum F. n collegam aſſumpſit qui ob inſolens ngenium in exilium actus. Pater un- decimo ann. ob filii hoſtiles in patriam conatus ex mœrore animi deceſſit.

952. Petrus Candianus ab exilio re- vocatus ſucceſſit ; in tyrannidem ver- ſus , cum parvulo filio à populo truci- datus eſt.

976. Petrus Vrſeolus Dux creatus: Inclyta victoria de Saracenis parta : Dux omnibus inſciis peregre profectus Sanctæ in Aquitania vixit.

978. Vitalis Candianus Petri filius uno anno in Ducatu exacto, magiſtra- tu ſe abdicavit & vitam monaſticam eſt amplexus.

979. Tribunus Menius : inteſtinis diſſidiis in urbe laboratum. Otho II Imp. Venetis omni commercio inter- dixit, ſed illius morte urbs gravi di- ſcrimine liberata. Dux anno XIV. ma- giſtratu abiit.

 991. Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

991. Petrus Vrſeolus. Reſpub. mirum in modum aucta Narentanos compeſcuit; Parentium & Pola multæque aliæ Iſtriæ & Dalmatiæ urbes ad Venetorum imperium acceſſerunt: Iadera quoque quæ jam ante in Venetorum patrocinio erat, dominio ſe aſtrinxit: Belgradenſes & Tragurini per legatos ſe imperio ſubjecerunt; Spalatum urbs in Venetorum fidem conceſſit. Leſina Narentanorum latronum domicilium vi capta: obiit anno XVIII. principatus.

1009. Otho Vrſeolus Petri fil. Hiſtros & Dalmatas perdomuit, ſeditione populari in Græcia exulare coactus.

1028. Petrus Centranicus, cum diſſidiis civilibus componendis impar eſſet, magiſtratu abiit.

1030. Dominicus Flabanicus, præfuit annis X. & menſ. IV.

1041. Dominicus Contarenus, Dalmatiæ pacem reſtituit Zarenſium diſſidiis agitatæ, præfuit annis XXVIII.

1069. Dominicus Sylvius, bellum cum Roberto Apuliæ infeliciter geſſit; præfuit ann. XIII.

1082. Vitalis Falerius, præfuit an. XII.

1094. Vitalis Michaël, limites imperii multum auxit, præfuit annis VI.

1102. Ordelaphus Falerius Vitalis Fil. In Syria & Dalmatia proſpere rem

geſſit,

eſſit, & in Dalmatia anno xv. principatus pugnans interiit.

1117. Dominicus Michaël, bellum in Syria fortiter gerens, Tyrum cepit & Patriarchæ Hieroſolymitano condonavit; anno XIII. Principatus magiſtratu ſe abdicavit.

1130. Petrus Polanus, ſapiens princeps, & arbiter inter Conradum & Emanuelem Imperatores. Piſanos & Patavinos prælio ſuperavit. obiit anno Principatus XVIII.

1148. Dominicus Maurocenus, Polanos & Parentinos in Iſtria rebellantes compeſcuit. Anconitani in Venetorum ſocietaté venerunt: cum Guilielmo Siciliæ R. fœdus percuſſum, multæq; immunitates Venetis in Sicilia negotiantibus impetratæ. obiit an. Ducatus VIII.

1156. Vitalis Michaël II. Bellum pro Pontifice contra Fredericum Barbaroſſam geſtum. Emanuelis Imp. dolo magnum detrimentum acceptum; Veneta claſſe veneno pene extincta. Cladis cauſa in Ducem collata à populo per ſeditionem cæſus eſt. XVII. Principatus ſui anno.

1164. Sebaſtianus Zianus; Alexander Pontifex R. Venetias perfugit: celebris victoria de Imperat. claſſe parta: Pontifex annulo aureo Venetis ma-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ris Hadriatici imperium deſponſavit. obiit dux ſenio confectus anno principatus ſui VIII.

1178. Aurius Maſtropetrus;Res feliciter inSyria cum aliis principibus geſtę. obiit an. ducatus nono,vel ut alii XIV.

1192. Henricus Dandulus; fines imperii multum producti:Iadera recepta: Creta accepta. obiit anno XIII.principatus; Byzantii ſepultus.

1205. Petrus Zianus Sebaſtiani fil. Colonia nobilium Venetorum in Corcyram deducta; multæ inſulæ in mari Mediterraneo particularibus conceſſæ, ſummo imperio penes Remp. manente: Creta perdomita & colonia in illam deducta.Deceſſit poſtquam annos XXII. Reipub. præfuiſſet.

1228. Iacobus Teupolus; motus aliquot in Creta orti, & ſedati: Navalis victoria de Græcis parta: tenuit principatum annos XX.

1248. Marinus Maurocenus primus novo electionis genere Dux creatus: Patavium captum:deceſſit anno Regiminis quarto.

1252. Rainerius Zenus: bellum cum Genuenſibus inchoatū,& clades utrinque datæ & acceptæ. Seditione in urbe ob novum vectigal laboratum: Mortuus XVII. anno principatus.

1268.Lau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

1268. Laurentius Teupolus: Anno-
æ penuria laboratum, bellum cum
ononienſibus toto triennio geſtum,
biit anno principatus VI.

1274. Iacobus Contarenus: cum
nconitanis armis certatum, ſed mox
ax reſtaurata. Dux ob ſenium anno
uarto principatu ſponte ſe abdicavit.

1280. Ioannes Dandulus: bellum
n Hiſtria & cum Aquilegienſi antiſti-
e geſtum; ſed parum proſpere: tenuit
rincipatum ann. X.

1290. Petrus Gradonicus: bellum
um Genuenſibus denuo exarſit: ma-
na clades à Venetis accepta; quædam
& Genuenſibus illata: inde pax facta.
erraria à Venetis in fidem accepta, qui
propterea à Pontifice anathemate per-
cuſſi: domeſtica conjuratione Reſpub.
n ſummum diſcrimen adducta: Dux
cum Rempub. ſupra XII. annos admi-
niſtraſſet, diem obiit.

1303. Marinus Georgius, qui decimo
principatus ſui menſe deceſſit.

1304. Ioannes Superantius: Civitas
interdicto liberata. Armamentarium
auctum: præfuit annos XVI. menſ. VI.

1320. Franciſcus Dandulus; Polani
& Valenſes Venetorum imperio ſe ſub-
jecerunt: primum fœdus contra Tur-
cas: Bellum cum Scaligeris Veronæ Do-
minis

minis inchoatum, Sacienſes ſe dedide-
runt, & mox Conaglenſes; oppida ali-
quot in Patavino agro capta. Serraval-
lum ad Venetos defecit; Patavium ca-
ptum: Brixia, Bergomumque ad Vene-
tos defecerunt. Patavium Marſelio tra-
ditum: tandemque de pace cum Ma-
ſtino Scaligero tranſactum. Dux anno
undecimo principatus ſui obiit.

1332. Bartholomæus Gradonicus
Cretenſes rebellantes non magno ne-
gotio compreſſi. exceſſit anno princi-
patus quarto.

1336. Andreas Dandulus: Ægyptia
& Syriaca navigatio primum inſtituta:
Laderenſium rebellio repreſſa: Ingen.
in urbe annonæ caritas: etiam peſti-
lentia laboratum: motus in Hiſtria
compreſſi: Bellum cum Genuenſibu.
geſtum; claſſis illorum ſuperata: fœdus
cum Arragonum Rege à Venetis factū:
prœlium atrox cū Genuenſibus com-
miſſum circa Thracium Boſphorum,
Genuenſes haud incruentam victo-
riam reportarunt. Dein ingens clade.
Genuenſibus inflicta: Genuenſes & Vi-
ce. comiti Mediolanenſi ſe tradiderunt.
Dux poſtquam ann. XII. principatum
tenuiſſet, deceſſit.

1354. Marius Falerius: hoc Duce
magna clades accepta ab hoſtibus, &
intus

atus periculoſiſſime conjuratione la-
boratum, cujus Dux ipſe auctor, ple-
bei cujuſdam indicio proditus ſecuri
percuſſus fuit.

1356. Ioannes Gradonicus, pax cum Genuenſibus facta: Bellum Pannonicum inchoatum: Dux autem quartodecimo principatus menſe obiit.

1358. Ioannes Delphinus: Seravallum à Pannoniæ Rege captum; in Dalmatia plura oppida ad hoſtes defecerunt: Pax deinde cum Pannoniæ R. facta ea conditione ut Veneti Dalmatiæ Imperio cederent: obiit quinto principatus anno.

1363. Laurentius Celſus: Cretenſes rebellarunt, ſed cito oppreſſi graves pœnas dederunt: exceſſit anno principatus ſui quarto.

1366. Marcus Cornelius, (aliis Cornarius) novi in Creta motus, variæque utrinque clades, ſed mox ſublatis rebellionis authoribus pax inſulæ reddita. Præfuit annos II. menſ. VIII.

1368. Andreas Contarenus: multa hoc Principe adverſa Reipubl. contigere, ejuſque libertas pene ab hoſtibus fuit oppreſſa: Tergeſtini primo defecerunt, quibus Auſtriæ Dux ſubſidio venit, ſed adverſo prœlio victus ſtatim receſſit, & Tergeſtum receptum. Bellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

lum cum Carrario Patavii Principe ex
arſit: Carrario Pannoniæ Rex auxili
venit, à quo inſignem cladem Venet
accepere, & mox non minorem intu
lerunt: atque ita pax reformata. Poſ
triennium Auſtrium ſecutum eſt bel
lum, agrique vaſtati: ſed mox pax per
fecta. Deinceps fœdus à Pannoniæ Re
ge, Aquilienſi antiſtite, Carrario & Ge
nuenſibus adverſus Venetos percuſ
ſum, Tenedus Venetis tradita: magnam
Genuenſes cladem perpeſſi ſunt: Vene
ti fœdus cum Cypri Rege fecerunt; A
ſcrivium in Illyrico ceperunt; & mox
Siccum; in mari Veneti magnam cla
dem à Genuenſibus acceperunt. Clo
dia cum magna clade amiſſa: in urb
miſere trepidatum; ſed animis confir
matis Lauretum receptum; Genuen
ſium triremes captæ & incenſæ: Grad
oppidum receptum: & poſt varias cla
des Genuenſibus illatas etiam Clodia
Targeſtum defecit, & Iuſtinopolis ab
hoſte capta, mox recepta fuit. Mara
nū frustra oppugnatū, in continent
quoque cladem à Venetis paſſi ſunt, &
oppida aliquot amiſſa: Tarviſium Du-
ci Auſtriæ traditum ſponte à Venetis
De pace inter Genuenſes & Venetos
actum, & poſt varias clades datas atq
acceptas tandem Sabaudi interventu

conve-

onvenit. Auſtrius Tarviſium Carraro conceſſit. Dux quartodecimo principatus ſui anno fatis conceſſit.

1382. Michaël Maurocenus tantum quatuor menſes Reip. præfuit.

1382. Antonius Venerius: bellum acerrimum inter Scaligerum & Carrarium exarſit, cui cum Galeatius Vicecomes ſe adjunxiſſet, Veronam & Vicentiam Scaligeris eripuit: moxq; cum Venetis in Carrarium verſus Patavium cepit. Tarviſium Venetis redditum. Patavium à Carrario Venetorum ope recuperatum. Verona à Galeatii militibus direpta. Dux poſtquam decem & octo annos præfuiſſet, obiit.

1400. Michaël Stenus: claſſis Genuenſium profligata: novum bellum inter Carrarium & Venetos exarſit; Vicentini ſe Venetis dediderunt: Feltrenſes quoque Bellunenſes. Baſſanici imperium Venetum ultro receperunt: Verona Venetis dedita: Patavium captum. atque ita res Venetorum ſupra modum creverunt. Iadera à Pannone auro comparata. Dux tertio decimo principatus anno obiit.

1413. Thomas Mocenicus: orta inter Aquilejenſem antiſtitem & Vtinenſes diſcordia; Veneti Sacilium & Cividadũ receperunt; & mox Serravallum,

Feltrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Feltrum, Bellunũ ac Mottam; & deni
omnis Forojulienſis ditio quæ Patri
appellatur, Veneto imperio ceſſit. Du
cum ann. x. præfuiſſet, è vivis exceſſi

1423. Franciſcus Fuſcarus: Bellu
cum Inſubribus geſtum, irrita cum Flo
rentinis ſocietate Brixia capta & ali
quot Cremonenſium oppida; quæ
Venetis pace cum Philippo Vicecomit
facta, fuerunt retenta. Bergomũ quo
que illis traditum. Sed bello recrude
ſcente magnam cladem in Pado Vene
ti acceperunt; quam deinde inſignior
de Genuenſibus parta, ulti ſunt: Pa
denuo cum Philippo facta: ſed bello ter
tio jam recrudeſcente res Venetorum
aliquot cladibus & Mantuani perfidi
in diſcrimen adducta, ſed Sfortia exer
citus Duce adſcito, egregiam de hoſtib
victoriam reportarunt; Verona capt
ab hoſtibus, & ſtatim recepta. Ravenn
in Venetorum poteſtatem conceſſit
Pax iterum cum Philippo facta, qua
ſtatim turbavit Laudenſes, & Placenti
ni ſe Venetis dediderunt; mortuo inte
rim Philippo Sfortia Mediolanenſium
Dux factus, Papiam cepit, Placentiam
que captam militibus diripiendam cõ
ceſſit. Veneta claſſis in Pado disjecta; &
ingens clades ad Caravagium accepta
Cum Sfortia pax facta; qui in Medio

lanenſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

lanenſes movit; Crema in Venetorum fidem conceſſit. Veneti Sfortiæ potentiam ſuſpectam habentes cum Mediolanenſibus adverſus ipſum fœdus ineunt: ille interim Mediolano potitus, tandem cum Venetis pacem fecit. Fuſcarus Dux cum annis circiter triginta ſex (aut ut alii, quatuor) Reipub. præfuiſſet, & ob ſenium rebus agendis minus idoneus eſſet, ſucceſſorem accepit, unde paulo poſt mœrore extinctus eſt.

1457. Paſchalis Maripetrus: Pacem à prædeceſſore ſuo partam conſervavit; præfuit annis IV. menſib. VI.

1462. Chriſtoph. Maurus: ejus anno II. bellũ cum Othomanno Turcorum Rege ſuſceptum & copiæ in Peloponneſum miſſæ; quæ Argos expugnarunt: Turci contra Chalcidem ceperunt: de pace cum Turcis agi cæptum: Dux cum an. IX. menſ. VI. præfuiſſet, deceſſit.

1471. Nicolaus Tronus: fœdus cum Pontifice & Ferdinando Rege adverſus Turcos ictum; Smyrna capta & incenſa: Dux uno tantũ anno & octo menſib. Reipubl. præfuit.

1473. Nicolaus Marcellus: Cypri regnum variis motibus agitatũ, quibus ſopitis Regina regnum obtinuit: multa quoq; proſpere in Macedonia à Venetis geſta; Dux XIV Ducat. menſe mortuus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

1474. Petrus Mocenicus: qui tan-
tum uno anno & duobus menſibu
Reipubl. præfuit.

1475. Andreas Vendraminus: Vene
ti ad Crojam à Turcis cæſi; iterumqu
ad Liſuntium: præfuit annum unun
menſ. VIII.

1477. Ioannes Mocenicus, Pax cun
Othomanno facta hiſce legibus, ut V
neti Scodram cũ Lemno Inſula Otho
manno relinquerent, darentque i
quotannis VIII. aureorum millia, eo t
tulo, ut Pontica navigatio tuto Vene
pateret. Veneti pro Florentinis arn
ſumſerunt; ſed pace facta, copias ſu
reduxerunt. Mox Vegiam inſulam D
matiæ, imperio ſuo adjunxerunt. I
de bellum cum Ferrariæ Duce geſtu
Rodigium, Lendenaria, Abatia & a
Poleſini loca, non ſine oppugnatio
in Venetorum poteſtatem veneru
Figarolum itidem expugnatum. S
Sixtus Pontifex (cujus ſuaſu bellu
ceperant) rem Venetam in ſummu
diſcrimen adduxit: qui cum eis ut be
Ferrarienſi abſtinerent edixiſſet, n
parentes anathemate percuſſit, &
ciale bellum cum Ferdinando & a
in Venetos decrevit. Plurima opp
Venetis ademta. Pace fruſtra tent
Gallipolis à Venetis expugnata, & n



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

pacis conditiones acceptæ. Dux octavo principatus ſui anno deceſſit.

1485. Marcus Barbadicus: menſes tantum novem Reipub. in ſumma pace præfuit.

1486. Auguſtinus Barbadicus: Principes Germaniæ pene omnes Venetis bellum intulerunt; & Roverenſe oppidum aggreſſi, cum arce expugnarunt: quod Veneti digreſſis hoſtibus ſtatim receperunt: ſed dein magna clade apud Tridentum perculſi ſunt: & pax facta. Regina Cypri Venetias reducta: Carolus Rex Gallorum in Italiam venit & Neapolitani regni compos factus,) fœdere à Pontifice, Romanorum Rege, Hiſpano, Venetis, & Mediolani Duce adverſus illum icto) cum præda onuſtus rediret, à fœderatorum exercitu prope Caſtrum novum laceſſitus, pene victus diſceſſit. In Apulia Monopolis, Pulignanum & Mola à Venetis occupata: & Galli ope Venetorum ex toto Regno Neapolitano expulſi. Veneti dein Carolo mortuo cum Ludovico Gallorum R. fœdus inierunt, adverſus Mediolani Ducem, ea conditione, ut Rex Ludovico Sfortia dejecto Mediolani & reliquarum Ducatus urbium poſſeſſionem caperet; Veneti Cremonam cum agro & totam Abduæ Gla-

ream haberent. Vtrique voti ſui com-
potes facti. Turcus Iaderenſium fine
hoſtiliter invaſit: Naupactũ amiſſum
Venetorũ claſſis maximam jacturan
apud Cephaleniam paſſa eſt: Metho
urbs amiſſa; Cephalenia autẽ à Veneti
& Hiſpanis capta: Dux decimo quint
principatus ſui anno è vivis exceſſit.

1501. Leonardus Lauredanus. Pa
cum Turcis facta: Grave dein bellun
Venetis conflavit Iulius II. Papa per
tractis in unumfœdus Galliç, Hiſpaniæ
que regibus, necnon Imper. Maximilia
no; primum illis cum Ludovico XI
Gall. R. prælium fuit, qui illos ingen
ſtrage in Abduæ Glarea percuſſit: mo
Brixia ſe victori dedidit, Bergomum
Cremona & reliquæ illius regionis c
vitates. Patavini, Vicentini, & Veroner
ſes Cæſari ſe dediderunt: Patavium re
ceptum: Ravenna fruſtra à Pontifici
oppugnata, ſed Veneti ut Pontificer
placarent, omnia loca quæ in Flamin
tenebant, ultro ipſi conceſſerunt. Ma
gnam dein ſtragem Veneti à Ferrarien
paſſi ſunt. Iulius Pontifex Hiſpania
Regem & Venetos contra Gallorur
regem in fœdus pertraxit. Brixia cur
ſe Venetis reddidiſſet, à Gallis ſubit
oppreſſa & pene exciſa fuit. Ingens pr
lium apud Ravennam à confœderat
cur

um Gallico exercitu commiſſum, in quo Galli ſuperiores facti, Ravennam expugnarunt & diripuerunt. Sed haud multo poſt Galli cruenta pugna ab Helvetiis victi in Galliam ſe recipere coacti ſunt. Veneti recuperarunt Cremam: Brixiam Hiſpani Gallis eripuerunt, quam cum Venetis reſtituere detrectarent uti ex fœdere tenebantur, Veneti cum Gallo fœdus adverſus Hiſpanum inierunt; & à Gallis adiuti Brixiam recuperarunt: Cæſarei & Hiſpani Venetum Dominium miſere vaſtarunt; & Venetorum exercitũ cæciderunt. Franciſcus I. venit in Italiam & magna licet clade ab Helvetiis affectus, victor tamen Mediolanum recepit Venetorum maxime ope; & mox fruſtra tentata Verona, induciæ cum Maximiliano Imp. factæ: ſed novo bello inter Carolum V. Socioſque & Gallorum regem accenſo, Veneti auxiliares copias Gallo miſerunt. Dux Lauredanus interim mortuus cum ann. XIX. menſ. VIII. Reip. difficillimis temporib⁹ pręfuiſſet.

1521. Antonius Grimanus jam pene nonagenarius: Mediolanum ab Hiſpanis ereptum Gallis; Genua quoque ab iiſdem capta: Rhodus à Turcis capta. Dux tantum annum unum & menſes X. præfuit.

1523. Andreas Grittus: Veneti à Gallorum Rege deſciſcentes, Cæſari & Pontifici ſe fœdere junxerunt: Rex Galliæ Mediolanum & multa alia oppida cepit; Veneti deſerto Cæſare fœdus cum Gallo renovant: Rex Galliæ apud Ticinum captus, & in Hiſpaniam abductus, & demum dimiſſus: Roma ab Hiſpanis direpta & Clemens in arce S. Angeli obſeſſus. Rex Galliæ rurſus Italiam infeſto exercitu ingreſſus Ticinũ cepit & diripuit. Monopolis in Regno Neapolitano à Venetis capta. Cæſariana claſſis à Doria qui Gallo militabat profligata: Sed ipſe mox ad Cæſarem defecit. Pax dein inter Cæſarem & Regem Galliæ facta. Bononiæ fœdus inter Cæſarem, Pontificem & Venetos factum. Cæſarianis & Gallis in Pedemontana regione bellum gerentibus, Veneti quievere: Sulimannus Venetis bellum movet; Corcyram per ſuos vaſtat: Scardona à Venetis capta: fœdus à Pontifice & Cæſare cum Venetis contra Turcas ictum: Caſtrum novum in Dalmatia Turcis ereptum: Dux cum xv. ann. vii. menſes præfuiſſet, obiit.

1539. Petrus Landus: Summa annonæ in Italia & urbe Veneta caritas: Caſtrum novum in Dalmatia rurſus amiſſum: Pax dein à Venetis cum Sulimano

mano facta: Dux cum VI. ann. & IX. menſ. præfuiſſet, obiit.

1545. Franciſcus Donatus: Cenetenſi populo de Cardinali Grimano graviter queſto, temporalis Dominii jus Cardinali ablatum & Reipub. Venetæ reſtitutum: Dux poſtquam annos VII. & menſes VI. præfuiſſet, obiit.

1553. Marcus Antonius Treviſanus, qui anno nondum in principatu circumacto obiit.

1554. Franciſcus Venerius: qui principatum tantum annum unum & undecim menſes tenuit.

1556. Laurentius Priulus: Annonæ inopia & peſte in urbe laboratum: Veneti licet à Pontifice ſollicitati, tamen in fœdere cum Hiſpano perſtiterunt: Dux cum paulo plus triennio præfuiſſet, moritur.

1559. Hieronymus Priolus: Circa Gradum res inter Cæſarem & Venetos compoſitæ ſunt: de Forojulienſibus tamen finibus, ad quos Commiſſarii utriuſque partis componendæ rei cauſa Cludum profecti fuerant, nihil agi potuit. Dux cum ann. VIII. menſes duos Rempub. gubernaſſet, è vivis exceſſit.

1567. Petrus Lauredanus: Selymus Turcarum Imper. Cyprum à Venetis ſibi dedi poſtulat; & negantibus bellum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

indicit. Dux poſtquam præfuiſſet ann. xi. menſ. v. obiit.

1570. Aloyſius Mocenicus: claſſis Venetorum centũ & ſeptuaginta longis navibus conſtans: Turci Xemonicum viii. paſſ. M. Iadera diſtans proditione occuparunt; mox & Polizana potiti ſunt. Veneti contra Suppotum è regione Corcyræ in Epiro oppidum ceperunt: Ad Catharum à Venetis male pugnatum: Turcæ copias in Cyprum ad Salaminam expoſuerunt; & Leucoſiam ſtatim aggreſſi poſt acrem quadraginta dierum oppugnationem expugnarunt: Inde ad Famaguſtam caſtra admota, quæ urbs cum obſidionem ſumma præfecti Bragadini virtute eouſque ſuſtinuiſſet, ut jam annonæ nihil ipſis eſſet reliquum, deditionem facere coacta eſt, quam perfidus hoſtis ſumma immanitate violavit. Atque ita Turca Cypri potens eſt factus. In mari autem prope Naupactum inſignis victoria navalis à Chriſtianis de Turcis parta, ann. 1571. tanta hoſtium ſtrage ut univerſa pene Othomannica claſſis, vel interfectis vel in mare lapſis Epibatis & vectoribus, capta, in Chriſtianorũ poteſtatem venerit: nec Venetis & confœderatis incruenta victoria fuit, nobiliſſimis aliquot viris & iii. millib.

mili-

ilitum in conflictu deſideratis. Sed
um ſocii cunctantur, victoriæ fructus
manibus elapſus eſt, nihilque memo-
a dignum poſtea à fœderatorum claſ-
actum. Veneti autem animadverſo
erum ſuarum periculo, bellum tacito
onſilio in pacem commutare ſatage-
unt; quæ brevi ſecuta eſt, hiſce condi-
onibus, ut Cyprum Turcæ haberent,
orumque imperio Antibaris & Olchi-
ium oppida in Epiro adjicerentur;
uppotum redderetur; denique trecen-
a millia aureorum tribus penſionibus
olverent Veneti; cæterum unuſquiſ-
que haberet quæ ante bellum poſſediſ-
et. Dux anno cIↄ Iↄ LXXIV. defunctus.

1574. Sebaſtianus Venerius: peſtilen-
ia in urbe laboratum; Duxq; cum nō-
lum annum præfuiſſet, è vita exceſſit.

1575. Nicolaus Pontius homo do-
ctiſſimus per omnes pene honorum
gradus ad Ducatum aſcendit: & poſt-
quam ſeptem annos & IX. menſes Rei-
publ. præfuiſſet, obiit.

1583. Paſchalis Cigogna: hujus tem-
poribus Palma arx in confinibus Fori-
Iulii primum ſtructa: & in inſula Ce-
phalenia novum munimentum exci-
tatum, Pons quoque admirabilis in
urbe ad Rivum altum ſtructus: præfuit
Reipubl. annis circiter X.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

1594. Marinus Grimanus è Procuratore S. Marci Dux factus ſummo populi plauſu: Rempublicam in ſumma pace per decem annos & decem menſes adminiſtravit.

1606. Leonardus Donatus, hujus tempore Paulus V. Pontifex R. Remp poſuit ſub interdicto, parumque res ab fuit à bello, niſi Galliæ Regis opera Pontifex iram remiſiſſet, & ſibi ſatisfieri paſſus fuiſſet, in qua Reſpubl. ita ſe geſſit, uti ne ad momentum quidem interdictum agnoſcere voluerit; hiſtoria recens eſt & accurate deſcripta à Patr Paulo Servita uti creditur ſub ficto nomine. Dux poſtquam annos VI. & menſes VI. Reipubl. præfuiſſet obiit.

1612. Antonius Memmus qui diem ſuum obiit.

1615. Ioannes Bembus in Ducem electus menſe Novembri; Hujus principatus initio, ad veteres de finibus controverſias inter Archiduces Auſtriæ & Rempubl. Venetam, novis injuriis Vſcognorum accedentibus; bellum inter Rempubl. & Archiducem Ferdinandum exarſit, (cujus cauſas ſcripto edito Veneti explicarunt) Venetique in Fori Julienſem patriam cum exercitu profecti, oppidula aliquot in limite utriuſque dominii ceperunt, &

Gra

radiſcam obſederunt; agri utrimque aſtati: Moſcaniza à Venetis capta; radiſcæ obſidio ſoluta: magna damna utrimque data & accepta in Croatia, in Iſtria, Dalmatia, ipſoque Foro-Iulio. Exercitus Venetus peſtilentia graſſante pene diſſolutus fuit: Lucinis dein arx à Venetis Auſtriis erepta. item Ziminini in Comitatu Piſini; Ferdinando interim Bohemiæ regnum adepto, de pace inter ipſum & Remp. agi cæpit, Galliarum & Hiſpaniarum Regibus partes ſuas interponentibus, anno cIↄIↄ XVII. ſed ob novas difficultates, tum convenire inter partes non potuit: itaque utrimque bello certatum ad menſem Novembrem, quo induciæ inter ipſos pactæ fuerunt; Anno autem cIↄIↄ XVIII. pacis condiciones perfectæ. Dux paulo poſt deceſſit.

1618. Nicolaus Donatus jam pene octuagenarius, à Senatu in Ducem electus, populo minus probante, & ſeditioſe ſe agente; quo facili negotio ſedato; poſtquam menſem unum & tres dies præfuiſſet, obiit.

1618. Antonius Priulus: ſub hoc Duce anno 1623. fœdus inter Sereniſſimam Rempublicam & Illuſtriſſimos Ordines Generales Fœderati Belgii perfectum, & utrimque legati miſſi; pauloque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

loque poſt menſe Auguſto Dux deceſſit annum ætatis agens LXXV.

1623. Franciſcus Contarenus : fœdus inter Regem Galliæ, Rempublicam Venetam, & Ducem Sabaudiæ factum ad Vallem Tellinam in integrum reſtituendam : obiit anno cIↄ Iↄc XXV. menſe Auguſto.

1625. Ioannes Corellius; adhuc hodie ſuperſtes.

---

## VIII.

### VARIORVM IVDICIA DE Republica Venetorum: Et ſingularia quædam ad illam pertinentia.

*Bodinus de Republ. lib.* II.

CONtarenus idem judicandum putat de Republica Venetorum, quam ipſe ex tribus confuſam eſſe ſcribit. *Eſt*, inquit, *in Duce, regia quodammodo poteſtas; in Senatu, Ariſtocratia; in Concilio maximo, Democratia.* At Ianotus, qui Reipubl. illius ſtatum ab ipſis primordiis & quidem ex actis ſecretioribus, accuratiſſime deſcripſit, in maximis erroribus fuiſſe Contarenum facile convincit. Demonſtrat igitur ante Sebaſtianum Cianum Venetiarum Ducem, à quo

quo trecenteſimus circiter annus labitur, Rempublicam plane Monarchiam fuiſſe. Contarenus in eo ſtatu, quo nunc eſt, octingentos annos fuiſſe ſcribit; Paulus Manutius mille ac ducentos; quæ ex actis publicis ac certiſſima hiſtoria falſa eſſe docet Ianotus. Vt ut ſit, perſpicuum eſt his temporibus puram Ariſtocratiam eſſe: nam ex urbis & civium deſcriptione quæ facta eſt ante annos triginta, cenſa ſunt civium quinquaginta novem millia CCCXLIX. exceptis infantibus, qui annum ſeptimum non attigerant, & Patritiis, penes quos verſatur Reip. poteſtas, quorum numerus & quatuor circiter millium; ex quo numero eximendi ſunt ſacerdotes, ac juniores XXV. annorum; quibus neq; ad Concilium neque ad Rempublicam gerendam patet aditus: niſi majores annis XX. rogatione ad Concilium lata id obtinuerint: nec certe in Maximi Concilii comitiis quæ noſtra ac majorum ætate coacta ſunt, plures quam mille & quingenti patritii, ac ſemper multo pauciores in eorum actis & ſcriptoribus leguntur. Hic igitur Patritiorum cœtus ſummam Reipubl. poteſtatem, id eſt omnium legum ac magiſtratuum, belli ac pacis, extremæ provocationis, vitæ ac necis jus habet,

habet, ut Contarenus ipſe confitetur
Quæ cum ita ſint, quis dubitet Rem-
publicam Ariſtocraticam appellare
At ſi optimates nihil aliud quam le-
gum ac magiſtratuum jus haberent
ſatis eſſet argumenti ad judicandum
ſtatum plane optimatum eſſe, ut ante
docuimus; cum Magiſtratuum, Sena-
tus, Collegiorum, quæ ſeptem-viri
decem-viri, quadraginta-viri privato-
rum ac totidem publicorum judicio-
rum nulla ſit omnino, niſi ab optima-
tum concilio & quidem precaria po-
teſtas. Dux vero ſolus eſt ex omnibu
magiſtratibus qui imperio vacat; qu
nec vocare quemquam ad ſe, nec pre-
hendere; nec jure rogare, nec plus i
unoquoque collegio, ſeu maximo, ſe
minimo poteſt quam collegarum u
nus; præterquam quod poſtremus ſu
fragium ferre conſuevit: ut ne Princ
pis quidem ullius aut populi literas r
ſerare aut legatos admittere, aut d
mittere, niſi pro collegio ſeptem-vi
rorum aut decem-virorum, ac ne u
be quidem injuſſus excedere poteſ
Quinetiam Falerium Ducem, quo
uxorem peregrinam ſibi deſpondera
decem viri in crucem egerunt: præt
hunc XII. Duces enumerat Sabellicu
vel populari tumultu cæſos, vel ſup
plici

ficio affectos, cum poteſtate abuterentur.

*Idem lib.* III.

Sed hoc inprimis Senatori cavendum, ne peregrinorum Principum largitionibus depravari ſe aut ullo beneficio illigari patiatur; quod tametſi capitale eſſe debet, nihil tamen frequentius in omnium oculos incurrit; excipio Venetiarum civitatem, quæ ab hoc ſordium genere adeo purum habet Senatum, ut etiam ſacerdotes, quantumvis cives ac Patritios, ob id à Comitiis procul arceant, quod jurati putantur nihil contra Romani Pontificis utilitates & commoda ſe facturos: contritum eſt illud quod ante ſuffragia cives in Comitio acclamare ſolent *Fora i preti*. Quinetiam Hermolaum Barbarum (quem virum!) ac non ita pridem Cardinalem Mulanum exſilio damnarunt, quod cum Legationem apud Pontifices Romanos obirent, in collegium Cardinalium cooptari ſe paterentur injuſſi.

*Iac. Aug. Thuanus lib.* XXIII.

Venetum Senatum, qui merito omnis civilis prudentiæ officina vocari debeat, id diligenter cavere; apud quem ſacris initiati nullam Reipubl. partem attingunt.

*Idem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Idem lib.* XXVII.

Nullum item Principem tota Itali eſſe excepta Republ. Veneta, in cuju amicitia comparanda Rex multũ ela borare debeat, illam vero per leges ſua non ſinere, ut quiſquam è ſuo numer à Principe externo penſionem accipiat

*Bodinus de Repub. lib.* III.

Quod ſi quis putet conſiliorum multitudine tantum Imperium vacar non poſſe, cogitare debet, Venetorun fines, non admodum late patente quatuor habere conſilia, præter Sena tum, ac cœtum omnium optimatum Eſt enim Conſilium ſapientum, quo marinum dicitur: deinde Conſilium ſapientum, qui quæ terra gerantur cu rare poſſint: item Conſilium decem virorum & ſeptem-virorum, quibus ut collegiis omnibus, Dux ipſe præeſſ poteſt: quæ Conſilia tametſi collegii & officiis ſejuncta ſunt, ſæpe tamen pro rerum & cauſarum opportunitat conſociantur. Eſt etiam Senatus ſexa ginta-virorum, qui cum Magiſtratibu numerum duplicare conſuevit.

*Idem ibidem.*

Quæ de Conſilii capiendi ration diximus, nuſquam fere melius quam Venetiis fieri conſueverunt. Quarum enim rerum anceps eſt deliberatio in

utro

utroque Conſilio ſapientum, ea cum decem-viris conjunctim expediri ſolent: ac propterea decretis ſubjiciuntur hæc verba, *Con la giunta*. Si Conſilium propter ſententiarum diſcrepantiam, exitum reperire non poteſt, cumulantur ſeptem-viri; ſi ne hac quidem ratione quicquam, propter diſſidentium varietatem, decerni poteſt, cogitur Senatus univerſus, ubi res explicatur: quod ſi ſalva Majeſtate Reip. Senatus auctoritas ſufficere non videatur, aut inter ſe diſſideant, id ab optimatum omnium cœtu conſtituitur.

*Idem lib.* V.

Veneti lege de dotibus lata mille ſexcentis aureis patritiæ dotem definierunt, ne familiarum illuſtrium opes dotibus exhaurirentur: ſi vero patritius plebeiam uxorem duceret, duobus quidem aureorum millibus dotem terminaverunt: ſed legem facile antiquari patiuntur, ut patritiorum quorundam egeſtati locupletorum plebeiorum nuptiis & utriuſque ordinis concordiæ conſuli poſſit. Illud tamen prudenter, quod fœminas ab hæreditario jure, quoad ejus fieri poteſt, exſtantibus maſculis ſummovere conſueverunt.

*Idem lib.* VI.

Non ita pridem, id eſt an. cIↃIↃLXVI.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Veneti tres Magiſtratus cum cenſoria poteſtate crearunt, quos ipſi Tresviros conformandis civium moribus appellant; vulgo *I Seignori ſopra il ben vivere de la Citta*: quia Cenſorum nomen liberæ civitati ac omni genere voluptatum diffluenti nimis grave ac ſeverum videbatur.

*Idem eodem lib.*

Veneti quatuor circiter hominum millia operibus publicis aſſidue exercent ac fovent; quo nihil aut plebi utilius aut civitati commodius aut univerſis jucundius fieri poteſt: quod præter opera publica civitati neceſſaria, etiam publicas opes tenuibus alendis ſumma benignitate largiuntur.

*Arnoldus Oſſatus Cardin. Ep.* CCCLIII.

Veneti quidem non plus habent devotionis, quam opus eſt; tamen res ſuas tanta prudentia agunt, quam alius quivis Princeps. Recordaris haud dubio quo pacto poſt ſuperioris Regis obitũ, Regem qui hodie rerum potitur ſtatim agnoverint, & Legatum noſtrum, eodem plane loco habuerint quo antea, præterquam quod non ante voluerint illum cum cæteris Legatis ad Capellam admittere, quam Rex Eccleſiæ fuiſſet reconciliatus, ut nimirum Papæ & Regi Hiſpaniæ & toti mundo fidem face-

facerent ſe, utcunque ob rationes Politicas agerent, tamen exacte obſervantes eſſe religionis, neque cum Principe minus Catholico velle communicare.

*Interdicti Veneti Hiſtor. lib.* I.

Reſpubl. Veneta Eccleſiaſticos prorſus ab omni participatione ſui regiminis excludit; ſolaque inter omnes Principes neminem ex Curia Romana penſione demeretur.

*Paulus Paruta in Hiſt. Venet. lib.* IV.

Majores noſtri maxime operam dederunt ut cives ſui, negotiationi & navigationi maritimæ induſtriè incumberent, atque ita & privatas publicaſque opes augerent, & nomen Venetum ad peregrinas & longinquas nationes propagarent. Situs ipſius urbis ad ejuſmodi ſtudia & exercitia videbatur invitare, & per ſe ejuſmodi mentem incolis ſuis ſuggerere; quippe cum Civitas agrum proprium non haberet, cujus fœcunditas tanta eſſet, aut induſtria colonorum talis ut locupletes eos reddere poſſet, quin imo nec paucæ res ad vitam neceſſariæ ipſis deeſſent, neceſſitas induſtriam accendit, quæ deinceps omnium rerũ abundantiam genuit. Inprimis autem ſolebant plurimas majores triremes in diverſas regiones tam Chriſtianorum quam infi-

delium deſtinare, indeque petere multimodas merces, non modo ad uſum concivium ſuorum, ſed etiam ad commercia cum aliis nationibus magno lucro exercenda. Cum hiſce triremibus multi nobiles & patritię gentis juvenes navigabant, tam mercaturam faciendi gratia, quam maritimas res cognoſcendi & artem navigandi percipiendi. Alii per multos annos apud exteras nationes hærebant, ubicunque mercatura exercetur, non tantum res proprias ſed & alienas curantes: quo facto magnam omnium rerumexperientiam conſequebantur & domum reverſi, nequaquam rudes & omnium rerum ignari, ſed jam ſubacti, & ad frugalitatem modeſtiamque compoſiti ad Rempubl. tractandam accedebant.

*Idem lib.* VII.

A majoribus noſtris magna prudentia & Reipubl. commodo lege cautum fuit, ne cives ſui qui legationem apud exteros Principes obirent, quicquam dono ſibi datum retinerent, ſed in publicum conferrent, quippe qui judicarent non convenire honorem eis qui Rempublicam quaſi repræſentant, habitum refutare, aut permittere ſingulos habere, quæ omnibus donata videantur; quod ſi nonnumquam Legatis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

dona illa retinere permitterent, id ſuffragiis Senatus fiebat, ut non tam ex Principum libertate quam Senatus benevolentia ea accepiſſe viderentur.

*Paulus Iovius Hiſtor. lib. 1.*

Vrbs Venetiarum ampla atque magnifica, mercaturæ & rei navalis ſtudio à parvis initiis crevit. Sed ea propter incredibilem ſitus munitioné ante alias & beata & admirabilis exiſtimatur, quod interfluentis Hadriæ paludibus cincta, nulliſque ob id opportuna hoſtium injuriis, veteres theſauros domeſtica in pace cumulatos periculoſis etiam temporibus conſervarit. Nulli etenim à terra aditus, intercedente quadraginta ſtadiorum pelago, nulli penitus à mari ingreſſus propter cœca & humilia vada, uſu tantum indigenis nota, aut ingruentium barbarorũ avaritiæ, aut magnis ab alto claſſibus patuerunt. Veneti homines in univerſum conſilio ſunt graves, ſeveri in judiciis & in adverſa rerum fortuna conſtantes, in altera nunquam immodici. Omnibus cum idem ſit conſervandæ libertatis & augendi imperii incredibile ſtudium, in Senatu libere & ſæpius acerrime ſententias dicunt: nec quemquam temere ex optimatibus, qui vel inſigni virtute vel ſpiritu in gerendis rebus,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

cæteris antecellat, nimio plus creſcere, vel collecta gratia potentem & clarum fieri patiuntur. Quibus inſtitutis, dum ſervitutis metu, aliena virtute quam ſua terreſtri in bello uti longe utilius & tutius putant, togati omnes per octingentos amplius annos Rempubl. nullis fere inteſtinis ſeditionibus exagitatam adminiſtrarunt. Cæterum ipſa nobilitas totius maritimi negotii & navalis diſciplinæ munera naviter implet, exutiſque togis arma deſumit.

## IX.

### Regimen civile magnificæ Civitatis VERONÆ.

*E libris Statutorum hujus Civitatis.*

SUPREMUS Civitatis hujus magiſtratus qui ab Illuſtri Dominio Venetiarũ mittitur, vulgo, Poteſtas appellatur; intrat regimen ſuum ad ſonitũ campanæ cum conſuetis inſignibus poteſtatis ſuæ; & primo viſitat Eccleſiam S. Zenonis; deinde Cathedralem & ſucceſſive cum venerit ad Plateam cõmunis, aſcendit ſolitam ſedem Capitelli, ubi habita ad populum oratione, recipit ſceptrum Poteſtariȩ ut vocant, Civitatis & diſtrictus Veronæ, juxta veterem conſuetudinem

dinem & dignitatem civitatis. Habet auté per totum tempus regiminis ſui, & impenſis Dominii Veneti alit, unum Vicarium legũ Doctorem; unum judicem maleficiorum Iuriſperitum; duos judices Aſſeſſores ad civilia, unum Cancellarium, duos milites ſocios; unum Comeſtabilem; qui omnes debent eſſe forenſes, non in civitate Verona nati aut affinitate juncti Veronenſibus civibus: & ſtatim in introitu Poteſtatis juramentum præſtant, ſe jus dicturos integre & ſincere, & ſtatuta Veronæ inviolatè conſervaturos. Habet præterea viginti (plures, paucioreſve) ut vocant Baroerios, qui arma geſtant, & inſignia Poteſtatis.

Regitur porro Communitas Veronę à Domino Poteſtate cum Conſilio XII. & L. ad utilia communis deputatorũ. Quod conſilium cum Domino Poteſtate omnimodam habet in Republ. auctoritatem. Præterquam ſi D. Poteſtati videretur in rebus arduis univerſale conſilium totius anni, (quod conſtat LXXII. qui in ſexies XII. diſtributi per mudas id eſt bimeſtria ſpatia ſucceſſive Reipubl. inſerviunt) advocare.

Omnes autem ſub finem cujuſque anni olim eligebantur à XXIV. viris nimirum XII è magno conſilio, quibus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

ultimæ mudæ ſors obtigerat, VI. è numero quinquaginta,& ſex extra aſſumtis; hoc modo: Ballotari debebant ſecundũ librum Eſtimi ſinguli patres familias, qui cuipiam dictorum XXIV. viderentur idonei, aut illis deficientibus filii familias perfectæ ætatis. Et quicunque à duabus partibus fuiſſent approbati,in electione manebant: E quorum cumulo deinde CXXII. eligebantur; & in XII. diſtribuebantur: quibus cũ muneri ſuo vacant, unus additur Iuriſta. Sed hanc eligendi formã poſtea mutavit Reſp. Veneta,& per totũ conſilium electioné fieri mãdavit,cætera reliquit.

Conſilium XII. Deputatorum congregatur omni die ſi fuerit expediens, ad præſentiam D. Poteſtatis vel Vicarii illius:conſilium vero XII & L communiter congregatur die Veneris. Quod autem in hoc conſilio major pars Senatorum cenſuerit, id ratum habetur, dummodo ex tribus partibus duæ præſentes fuerint.præterquam in cauſis de alienandis vel obligandis bonis communitatis aut ſimilibus cauſis, quæ præjudicium aliquod Civitati poſſent adferre; in quibus duarum partium è tribus conſenſus requiritur.

Ex Collegio XII. & L Deputatorum ſingulis ſex menſibus eliguntur octo

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

conſules; quorum quatuor ſint judices de Collegio Advocatorum, quatuor alii ſint laici boni & idonei. Iudices autem Conſules cognoſcunt de qualibet quæſtione civili; Laici tantũ de quæſtionib⁹ civilibus quæ non excedunt valorem L librarum. Tenentur autem venire ad Palatium omni die quo jus dicitur: Itemque intereſſe Curiæ condemnationum, & cum D. Poteſtate & Vicario illius atq; Iudicibus habent vocem; denique ex præcepto Poteſtatis ſeu Iudicis maleficiorum tenentur ire ad villas & loca diſtrictus Veronenſis. Percipiunt à Dominio Veneto ſtipendium annuum; ubi vero exeant foras, etiam pro itinere & labore ſalarium.

Inſuper à Collegio XII & L Deputatorum una cum D. Poteſtate eligitur Cancellarius communitatis Veronæ, qui ſibi eligit coadiutorem fidelem aliquem & expertum notarium civem Veronæ origenarium.

Itemque duo Proviſores, quorum officium durat ſex menſes tantum, & electio fit ſingulis trimeſtribus de uno. Ita ut alter alterum præveniat in officio menſes tres: quorum unus attendit ad exigendum quaſcunque pecunias communis, alter convocat conſilia ad tractandas res communis, in quibus

tamen ſibi invicem ſuffragantur. Idem Conſilium XII & L. hiſce adjungit Scribam unum, qui eo officio fungitur ad beneplacitum communis. Proviſores autem hi quartam partem percipiunt mulctarũ quas ipſi communi applicaverint. Iidem pondera & menſuras obſervant. Securitates accipiunt ab iis quibus aliquid publici locaverint.

Item ab iiſdem ſingulis ſex menſibus eligitur, Vicarius Domus mercatorum; itemque miles conſul, qui lanificii aliarumq; artium mechanicarum peritus ſit; aliique tres conſules dictæ domus; cum uno Notario atq; uno Maſſario; judicant hi de cauſis mercaturam aut artem mechanicam concernentibus; ab ipſis autẽ appellatur ad Poteſtatem & Iudices conſules communis Veronę, præterquam in cauſis quæ valorem X lib. non excedunt: Poteſtas vero & Iudices litem definire tenentur intra trigeſimum diem à lata ſententia.

Ab iiſdem conſtituitur & Capitaneus carcerum, cujus officium eſt captivos ſervare, iis omnem humanitatem præſtare, eorum ſæpius apud Rectores & Iudices mentionẽ facere, &c. Itemque duo diſpenſatores Eleemoſynarum quę captivis dantur, qui & carcerẽ viſitare ſæpe coguntur, & de Capitanei & famulo-

nulorum illius œconomia cognoſcere.
Eliguntur & Capitanei duo ; unus itra, alter ultra Atheſim, quorum officium eſt rebelles bannitos & alios maleficos indagare & captivos ſiſtere ; In quem finem non licet ipſi præter ſuam formam habitationem, in ullo alio diſtrictus Veronę loco per ſe vel famulos ſuos commorari ultra triduum, ſed tenetur equitare de loco in locum & perſequi malefactores. Ab eodem conſilio XII & L. eligitur Capitaneus Lacus Gardæ, cujus officium eſt ſollicite attendere cuſtodiæ ejuſdem lacus & providere, ne ulla quantitas frumentorũ, farinæ, aut leguminum conducatur ad alienas terras & loca Dominio Veneto non ſubjecta. Item ne ulla quantitas ſalis alio transportetur ; itemque ne ullæ merces ſine licentia alio vehantur & inprimis ne lanæ Veronenſes & pecudes extrahantur ; Denique ut omnes piſces qui in illo lacu capiuntur, toto quadrageſimali tempore Veronam deducantur. Ab integro autem conſilio CXXII Vicarii per ſuffragia & Ballotas ut ſupra eliguntur per totum diſtrictũ Veronæ ; qui tenentur officium ſuum per ſe & non per delegatos obire : hi jus reddunt unicuique uſque ad valorem X librarum & non ultra ſine ſpeciali

ciali commiſſione. Vt autem fidelius munere ſuo fungantur, ſingulis annis menſe Decembri à conſilio XII & L eliguntur quatuor ſyndicatores, qui ad ſyndicandum exeunt initio menſis Ianuarii, & Vicarios omnes & alios miniſtros coram ſe in loco Vicariatus ſui citant, & rationem ab eiſdem repoſcunt geſti Magiſtratus, eoſdem mulctant, condemnant aut abſolvunt; ſyndicationem autem abſolvere tenentur intra menſem, & de iis quæ offenderint ad idem conſilium referre. Atque hæc de Regimine Civitatis Veronæ in communi dicta ſunto, nam minutiora perſequi nimis longum eſſet.

---

## X.

### *De Claris Viris* REIPVBLICÆ VENETÆ.

*Ex F. Leandro Alberto.*

HACTENVS imperii forma, quam illuſtris & præclara hæc civitas à primordio ſui in hunc uſque diem habuit, expoſita; conſequitur ut celebrium ac nobiliorum ejus alumnorum memoriam quoque referamus. Non tamen



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

dicentur omnes, quippe quia tam mul-
tos in lucem edidit, ut niſi longiſſima
narratione complecti haudquaquam
poſſent. Itaque ex iis primum qui in
Eccleſiæ Romanæ gubernatione ac ho-
noribus enituerunt, tres Pontifices
Max. urbs hæc genuit, Gregorium XII.
familia Coraria natum eximiæ prorſus
integritatis hominem; Eugenium IV.
ex Condulmeria gente ſapientiſſimum
virum; & Paulum ſecundum ex Bar-
borum magni ingenii virum. de qui-
bus copioſe Platina in eorum vitis,
itemque Blondus & Sabellicus ſcripſe-
runt. Cardinales Venetiis orti quam-
plurimi, Petrus Maurocenus, Marcus
Landus literis & moribus admodum
ornatus vir, Antonius Gregorii Ponti-
ficis quem commemoravimus, nepos,
Ioannes Amadeus, & noſtra memoria
Ioannes Baptiſta Zeno, Dominicus
Grimanus, qui & Aquileienſis Patriar-
cha diſciplinarum ſtudiis eximiaque
morum gravitate perornatus fuit, adeo
quidem ut inſigni ſua doctrina virtu-
teque dignitatem Cardinalatus illu-
ſtrare magis videretur, quam ipſe ab
illa decorari. Bibliothecam reliquit vo-
luminum amplius VIII. mill. partim
Græcorum, partimque Latinorum, ex
omni ſcientiarum genere. Multis de
hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

hujus viri tum ſcriptis, tum humanitate commemorari poſſet, verũ cauſa brevitatis quam hic inſtituimus, memoriam ejus honorificam pro noſtræ facultatis modulo celebrabimus alibi. Genuerunt etiam Venetiæ Cardinales Marcum Cornarium, itemque Marinum Grimanum Dominici nepotem Aquileiæ quoque Patriarcham, qui annis ſuperioribus fato conceſſit, inſuper Gaſparum Contarenum virum optimum ac doctiſſimum, qui à Paulo III Pontifice Max. Cardinalium ordini allectus eſt, & legationem Bononienſem geſſit, ubi ſupremũ vitæ explevit diem anno poſt Chriſti nativitatem MDXLII. Doctiſſimus & ipſe erat, & doctorum alter Mœcenas. Accedit his Petrus Bembus quem Paulus quoque III Pontifex in Cardinalium collegium ob inſignem virtutem adoptavit; de cujus ornatu ac elegantia tam in ſermonibus quam ſcriptis, neque ſolum latinis & græcis, verumetiam vernaculis, quæ jam Europa tota legit & admiratur, multa profecto dicere poſſemus, ſed in alium locum quicquid ejus eſt rejicere cogimur. Mortem obiit Romæ ſummo cum dolore literatorum anno poſt Chriſti nativitatem M D XLVII. Vivunt adhuc Franciſcus Cornarius

Marci

Marci de quo dictum eſt frater, & Franciſcus Piſanus, Cardinales. Exiſtimatione ſumma fuit Marinus Grimanus Cardinalis & Aquileiæ Patriarcha, vir eloquentiſſimus doctiſſimuſque; cujus induſtria Pontifex Romanus in multis legationibus eſt uſus, veluti in Parmæ ac Placentiæ gubernatione, quas urbes eximia prudentia rexit. Orator etiam ad Franciſcum primum, Galliæ regem bello cum Imp. Carolo V. contendentem gratia conciliandæ pacis ivit. Supereſt ejus frater Ioannes Aquileiæ Patriarcha diſertus homo & ingeniorum pater, item Cardinalis, cum Victore alio fratre graviſſimo viro, reipublicæque cum primis ſtudioſo, ac eloquente, qui D. Marci Procuratorem agit, dignus plane tam illuſtri ſtirpe: quodque nullum adhuc ſucceſſorem familiæ genuerit, cuncta civitas ſumme dolet. Alios præterea celeberrimos Præſules Venetiæ tulerunt, inter quos Pantaleon Iuſtinianus primus Latinorum Byzantinus Patriarcha, poſtquam ejus urbis imperium ad Francos devenerat. Succeſſerunt ei nobiles alii viri. Fuit etiam Hermolaus Barbarus non minori rerum publicarum uſu, quam eruditione præditus. Inſignem ejus doctrinam cum in latinis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nis,tum græcis literis monumenta ſcriptorum quæ reliquit,abunde teſtantur; patriæ nomen profectò mirifice illuſtravit. Aquileiæ Patriarcha creatus eſt ob ſummasvirtutes abAlexandro ſexto Pontifice Romano. Laurentius Iuſtinianus ex ordine Cęleſtinorum monachus primum Epiſcopus Caſtelli, dein Patriarcha Venetiarum & Primas Dalmatiæ nuncupatus ab Eugenio IV. Pontifice mirifica ſanctitatis opinione claruit; eamque miracula teſtata ſunt, plurima beneficiaDeo mortalibus elargiente qui patrocinium ejus invocaſſent. Secutus hunc eſt in Patriarchatu Maphæus Contarenus inſtituti Cæleſtinorum ſodalis, Dein Andreas Bondelmerius Canonicus regularis, Gregorius Corarius, Ioannes Boratius, Maphæus Gerardus ex ordine Camaldulorum postea Cardinalis, Thomas Donatus ordinis prædicatorum, Antonius Syrianus inſtituti Carthuſiani, Ludovicus Contarenus Cœleſtinorum, Antonius Contarenus Scopetinorum, Hieronymus Quirinus Prædicatorum, qui nunc ſedem tenet. Inſuper & alios inſignes Eccleſiarum præſules urbs hæc edidit, uti Epiſcopos Henricum Contarenum Caſtelli, Dominicum Dominicum, Petrum Æmilianum Vicentiæ, Fantinum

Patavii,

Patavii, Petrum Monteum Brixiæ, Iacobum Zenonem Feltrii Bellunique, Dominicum Torcelli, omnes doctrina moribuſque perornatos; cum Antonio Pizamano Feltrinorum antiſtite, qui non ſolum doctrina, ſed etiam ſanctitate claruit, & diem functus anno à Chriſti nativitate MDXII, Venetiis, tumuloque conditus in D. Petri Caſtellani. miraculis illuſtratus eſt, Deo Opt. Max. mortalibus eximia munera concedente qui in illius nomen rogarent, maximeque MDXX. anno, quum aperto ſepulcro corpus ejus integrum adhuc apparuit. His addendus Hieronymus Treviſanus cum philoſophiæ, tum juris peritus, Epiſcopus Cremonenſium & Abbas apud D. Thomam Burgundionum Torcelli, quo in cœnobio jus patronatus habet Treviſana familia. Præter hos vero tam multos Venetiæ nobiliſſimos Præſules ediderunt, ut omnes referre nimis longum foret; ex quibus tamen in urbis ipſius Epiſcoporum catalogo nonnullos adhuc commemorabimus. Vivit etiamnunc Aloyſius Lippamanus antiſtes Veronenſium, literis & virtutibus inſignis homo; qui catenam auream in vetus teſtamentū elegantiſſimam compoſuit. Nec minori numero litteratos viros



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

urbs hæc tulit quam Præſules; quanquam & ex illis exornati doctrina multi fuerint, uti oſtendimus. In doctorum cohorte fuit Andreas Dandalus Dux, quem hiſtoriam inſignem ſcripſiſſe prædiximus, & Petrarcha, Blondus, Sabellicuſque perquam honorifice memorant. Carolus Zeno non ſolum apprime doctus, verumetiam eximius claſſium præfectus fuit, uti Blondus & Sabellicus in hiſtoriis perhibent. De Genuenſibus triumphum egit, itemque Francicam fudit claſſem, cui Bucicaldus imper. præerat validiſſimus homo, Carrarienſibus Patavii regulis auxilio miſſus. Memoriam Caroli ſummo cum honore celebrat Leonardus Iuſtinianus oratione quadam funebri, item Petrus Paulus Vergerius duabus elegantiſſimis epiſtolis. Zacharias Treviſanus non minori ſapientia prudentiaque polluit in conſiliis, quam erat literarum diſciplinis excultus; idque probant orationes ejus editæ, nominatim illa quam coram Gregorio Pontifice habuit, qua rationem Eccleſiæ pacandæ (nam terni tum erant Pontifices) commemorat, nec ſolum eloquentiam inſignem, verumetiam ingenium ſummum ea in re excogitanda teſtatur. Leonardus Iuſtinianus fuit

vir

vir maximi conſilii pariſque facundiæ. Iuvenis adhuc verſus lingua vernacula plurimos arte magna panxit, ætate vero confirmara dein eloquentiſſimus ac literatiſſimus evaſit: neque ſolum oratione ſoluta, verumetiam recitatione carminis ſermone vernaculo mirifice delectabatur, uſque adeo ut inter ætatis ſuæ doctiſſimos homines ſit habitus, præterquam quod eximius reipublicæ conſiliarius erat. Marcus Lippamanus ſcientia juris enituit, itemque tam linguæ Græcæ quam Latinæ. Franciſcus Barbadicus conſilio maxime valuit; pariterque Daniel Veturius ordinis patritiorum egregium ornamentum, reipublicæ ſumme ſtudioſus. Franciſcus Barbarus in quo græcæ latinæque linguæ cognitio pariter cum eloquentia gerendęque reipublicæ prudentia collucebat, non ſatis hercule ſcio literatuſne ac diſertus & ſapiens & bonus appellari debeat potius quam fœlix, ob eximias ejus res quæ memoriæ ſunt proditæ, in acquirenda conſervandaque adverſus Philippum Vicecomitem Mediolani ducem Brixia geſtas-Mentionem ejus in hiſtoriis Blondus, Simoneta, Sabellicus honorifice faciunt. Andreas Maurocenus & Hermolaus Donatus, quanquam reipu-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

blicæ curis aſſidue vacaverint, eruditionis tamen etiam eximię documenta perilluſtria dederunt, relictis heroico carmine ſuorum temporum hiſtoriis. Zacharias Treviſanus alterius Zacharię filius laudatiſſimo comparandus patri fuit, primo literarum ſtudiis, dein adminiſtratione reipublicæ. Genuit etiam urbs hæc pernobilis Barbonum Maurocenum, Ludovicum Fuſcarum, Vitalem Landum, Candianum Polanum, Nicolaum Canalem cum Lauro Quirino cunctos juris conſultiſſimos, & cum humanitatis artibus eloquentiaque, tum in publicarum rerum adminiſtratione mirifica ingenii præſtantia pollentes, ideoque non minus ob literarum ſcientiam in honore habitos, quam propter optima prudentiſſimaque conſilia. Ioannes Cornalis & Paulus Barbus nobiliſſimi viri præter inſignem gravitatem latinarum quoque literarum ſcientiam habębant. Andreas Iulianus & Bernardus Iuſtinianus Leonardi F. item Hieronymus Barbadicus Franciſci F. cum Nicolao Barbo ſingulari ingenio maximaque doctrina viri fuerunt: uti quoque Vitalis Landus, Petrus Thomas, Ludovicus Donatus, Franciſcus Dedus, Marcus Sanutus, & Hieronymus Donatus omnes

omnes præclari Senatores,& docti, facundi, prudentes, ingeniique ſummi homines; præcipue vero poſtremus, quem Græce Latineq; dicentem omnes cum ſtupore mirabantur ob orationis majeſtatem, qua cum antiquis illis Græcis aut Romanis oratoribus conferri poterat. Nec prætermittendus eſt Andreas Navagerius, qui cum illuſtri vita tum literis perornatus fuit, ideoque ſcribendis Venetorum hiſtoriis per Senatuſconſultum Marco Antonio Sabellico ſucceſſit. Diem functus eſt annis ſuperioribus. Vivit nunc Ioannes Baptiſta Egnatius vir doctiſſimus, uti literaria ejus opera teſtantur. Præter eruditos vero homines urbs hæc etiam præſtantiſſimos duces edidit, præcipueque claſſium,qui maximis victoriis potiti, Venetamque rem mari terraq; plurimum auxerunt.Ex his fuere Ioannes & Raynus Polani, qui Corcyram in ditionem ſubjunxerunt, item Marinus Gradonicus cum DominicoMauroceno, à quibus capta Pola, tributoque Parentini ſubacti: Ioannes Baſilius & Thomas Falerius Piſanos mare infeſtãtes domuerunt. Reinherus Dandalus cum Rugerio Permarino claſſe xxx. navium actuariarum Methonem & Coronem expugnarunt. Ioannes



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Treviſanus novem navibus duodenas Genuenſium apud Drepanum Siciliæ cepit. Inſignem etiam artem virtutemque militarem adverſus Cretenſes qui defecerant, præſtitere Petrus Thomas, Ioannes Grittus, Nicolaus Baleſtrerius, Marcus Bonus, & Andreas Thealdus. Maximam claſſem regis Exagonorum & Ioannis Vataſii, cui Bavala præerat dux, juxta Conſtantinopolim vicere Leonardus Quirinus & Marcus Oniſſorus. Iaderam cum defeciſſet Reinerius Zeno obſedit, & in imperium Venetum retraxit, Laurentius Theupolus claſſis præfectus tres & viginti Genuenſium naves in portu Ptolemaidis cõfregit, ac dein una cum Andrea Zenone ſpectabili pugna Genuenſes apud Tyrum aggreſſus, eorum navibus magnis xxv. potitus eſt, inſignemque victoriam retulit. Claſſis quoq; præfecturam Marco Gradonico dedit ob eximiam virtutem Balduinus Imperator Conſtantinopolis. Marcus Michaël IIXX. navium claſſe circa Tenedum cum Genuenſibus quorum claſſis navium magnarum viginti erat, eos in fugam vertit, ita Chalcidem cepit. Gilbertus Dandalus præfecturam duarum & triginta triremium geſſit. Iacobus Dandalus & Marcus Gradonicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

nicus quem ſupra nominavimus, cum claſſe Genuenſium vigintiocto navium longarum apud Drepanum congreſſi, viginti quatuor ex iis cepere, reliquis incendio abſumptis. Idem Marcus alia præter hæc memorabilia multa geſſit, quæ niſi longiſſime referri haud poſſent, & Sabellici rerum Venetarum, ac item ultima Enneadum parte legi poterunt. Ruggerius Maurocenus LX. triremium imperator res maximas confecit, Ioannes Superantius cum XXV. Theodoſiam in Taurica Cherſoneſo expugnavit, & Benedictus, Iuſtinianus magnam Græcarum navium multitudinem cepit. Primus omnino in Turcas Dux belli à Venetis ivit Petrus Zeno, qui potentiſſima claſſe multas victorias retulit inſignes. Succeſſerunt illi deinde Marinus, Falerius, Andreas Cornalis, Petrus & Marcus Canalus, Marcus Iuſtinianus, omnes ſtrenui bellatores, fortiſſimique duces. Primi Legati quos Proviſores vocant, exercitibus additi Andreas Maurocenus & Simon Dandalus, poſteaque Nicolaus Gradonicus & Pancratius Iuſtinianus: quæ munera patrum ſententiis ob eximiam in conſiliis prudentiam illis viris demandata. Nicolaus Piſanus claſſis præfectura ſummam quoque laudem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

meruit cum Ioanne Delphino, pugnaque una Genuenſibus quinquaginta naves ademit. Secuti ſunt eum in re navali Paulus Lauredanus, Marcus Michaël, & Ioannes Sanutus. Nec his minori virtutis commendatione fuit Marcus Cornalis quem ſupra memoravimus, præclaro libertatis patriæ ſtudio, cum Senatus occiſo Marino Falerio Duce rempubl. illi commiſiſſet, donec princeps rite nominaretur. Gloriam quoque ductu claſſium adeptus eſt Bernardus Iuſtinianus. Victoris Piſani memorabilis ſapientia fortitudoque fuit in caſibus fortunæ ſuperandis: etenim magna patrum totiuſq; civitatis opinione ac gratia præfectus claſſis deſignatus, cum poſt rem initio fœliciter geſtam, dein reluctante fortuna, carceri traditus inique fuiſſet Genuenſibus jam Foſſam Clodiam tenentibus, Venetis autem adeo perculſis, ut ad hoſtis quaſcunque conditiones ſe depacturos eſſent profeſſi, vocibus popularium in libertatem poſtulatus, tanta moderatione fuit ut admirari ſatis nequeas; & dux belli dictus victoriam inſignem obtinuit. Sabellicus hoc de viro perhibet, cum mature ad ſenatum è carcere venire eſſet juſſus, etiam in cuſtodia pernoctare voluiſſe, ac ſacer-

doti

doti explicata mente ſacram Euchariſtiam accepiſſe, ſimulque per id ſacroſanctum Chriſti corpus teſtatum, ignoſcere ſe cunctis quorum ulla injuria fuiſſet affectus, neque minores deinceps pro republica labores ſuſcepturum quam feciſſet unquam. Itaque ſic tum è carcere profectus in Senatum, maximis honoribus exceptus, & præfecturæ claſſis inſignibus ornatus eſt, tantoque patrum populique ſtudio contra Genuenſes movens, eos ſpectabili victoria devicit, uti diximus, Blondus Sabellicuſque memoriæ prodiderunt. Dominicus Michaël quatuor & viginti longis navibus octoq; myoparonibus Cretam quæ defecerat in poteſtatem retraxit. Illi in claſſis præfectura deinceps ſucceſſere Creſſus Molinus, Michaël Delphinus, Iacobus Maurus, Marcus Iuſtinianus, Carolus Zeno, qui Clodiana quoque pugna cum Genuenſibus egregiæ virtutis documenta præbuerat. Magna etiam gloria rem navalem exercuere Michaël Iuſtinianus, Petrus Hemus ſummi conſilii vir, Fantinus Georgius, Marcus Grimanus, Ioannes Barbus, Victor Barbarus cohortium etiam præfectura nobilitatus Brixiano contra Philippum Mariam Viceecomitem Mediolani Ducem bello.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Laudem inſuper claſſis ductu Franciſcus Bembus eſt adeptus, qui claſſem myoparonum aliarumque navium haud ſpernendam adverſus Philippum Mariam Pado ſubvexit, ut Blondus, Sabellicus, & Corius in hiſtoriis tradunt. Præfectura navali bello Genuenſium etiam Petrus Lauredanus inclytus fuit, cui Andreas Mocenicus ſucceſſit. Et Stephanus Contarenus claſſis Dux in Pado fuit, contra Philippum Mariam Mediolani Ducem, poſtquam in Venetum imperium Brixia conceſſerat. Aloyſium Lauredanum illa contra Turcas expeditio, in qua Pontificis Eugenii Burgundionumque Ducis claſſes unà iverunt, Imperatorem habuit, maximiſque rebus geſtis & egregiis victoriis illuſtrem fecit. Secutus eſt in præfectura claſſis Victor Capellus ſapientiſſimus & prudentiſſimus vir, qui ob virtutem ſummam iterum quoque Præfecturam accepit. Huic Vrſatus Iuſtinianus, Iacobus Lauredanus, Nicolaus Canalis, Petrus Mocenicus, Victor Superantius ſtrenui Præfecti omnes ſucceſſere. Gloriam quoque magnam re navali conſecutus eſt Hieronymus Canalis, qui Maurum Alexandrinum piratam admodum nobilem & inſignem cepit. Vicentius etiam Capellus claſſis Impe-

imperator Venetæ magnam virtutis commendationem meruit, uti inſuper Andreas Treviſanus Eques auratus ob virtutem factus; qui opinione in urbe tanta fuit, ut ſi fata vitã conceſſiſſent, inſignia Ducatus adepturus crederetur. Sed & præterea multos homines illuſtres Venetiæ tulerunt, veluti Antonium Cornarium, Nicolaum Priolum, Hieronymum Georgium Equitem auratum & maximum oratorem, qui legationes plurimas ad varios principes obivit, nominatim ad Carolum VIII. Franciæ regem alioſque non paucos quorum memoriam aliis celebrandam tradimus. Nec deſunt nunc in hac fœliciſſima republica maximi ingenii ſummique conſilii,& ad quævis ingentia negotia tractanda prompti viri, quorum è numero Marcus Fuſcarus, Thomas Contarenus, item Laurentius Amulius, qui claſſis præfecturam gerens anno poſt Chriſti nativitatem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo Sabarneſſam nobilem piratam cepit. Vrbs hæc maximorum animorum homines & ingenia præclara ſemper magna multitudine habuit; nec in præſentia talibus quoque caret, uti oſtendimus.

*Cata-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

*Catalogus Epiſcop. & Patriarch. urbis Venetiarum.*

I. Primus urbis hujus Epiſcopus à Romano Pontifice inſtitutus eſt anno 747. poſt Chriſti nativitatem Obelaltus Marinus Eneagri tribuni Methamauceni filius.

II. Alter Chriſtophorus Damiatus Græcus, anno à Chriſti nativitate 792. creatus. Secuti deinceps.

III. Chriſtophorus Tancredus Græcus an. 809.

IV. Vrſus Badoarius Venetus 841.

V. Ioannes Sanutus Venetus ſodalitatis Humiliatorum Monachus 842.

VI. Maurus Vincentius Ven. 852.

VII. Dominicus Badoarius Ven. 862.

VIII. Craſſus Facius 873.

IX. Ioannes Sanutus Ven. 889.

X. Ioannes Aventuratis Aquilinus 891.

XI. Laurentius Timenſdeum monachus albus 918.

XII. Dominicus Maurus Venetus 936.

XIII. Dominicus David Venetus ex ordine Eremitanorum 946.

XIV. Petrus Malefactus Patavinus 971.

XV. Vr-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

XV. Vrſus Magaditius Ven. 981.

XVI. Dominicus Badoarius Venetus 992.

XVII. Petrus Quintavallis Venetus 1001.

XVIII. Gregorius Georgius Venetus 1009.

XIX. Marin⁹ Caſſianus Ven. 1020.

XX. Dominicus Gradonicus Venetus 1040.

XXI. Dominicus Gradonicus Venetus 1059.

XXII. Dominicus Contarenus Venetus 1070.

XXIII. Henricus Contarenus Venetus 1091.

XXIV. Vitalis Michaël Venet. 1125.

XXV. Bonifacius Falerius Ven. ex ordine Eremitanorum 1132.

XXVI. Ioannes Polanus Ven. ex ordine Humiliatorum 1155.

XXVII. Vitalis Michaël Venet. 1178.

XXVIII. Philippus Caſolus Ven. 1191.

XXIX. Marcus Nicolaus Ven. 1220.

XXX. Vitalis Michaël Venet. 1235.

XXXI. Marcus Marocen⁹ Ven. 1236.

XXXII. Petrus Pinus Venet. 1252.

XXXIII. Gualterus Agnus dei Ven. ex ordine Prædicatorum 1268.

XXXIV. Thomas Arimundus Venet. 1272.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

XXXV. Thomas Rancus Ven. 1272.
XXXVI. Bartholomæus Quirinus Venetus 1274.
XXXVII. Simeon Maurus Ven. 1282.
XXXVIII. Rambertus Polus ſeu Primaditius Bonon. ex ordine Prædicatorum 1292.
XXXIX. Iacobus Contarenus Venet. 1303.
XL. Bartholomæus Quirinus Venetus 1325,
XLI. Michaël Catergus Venet. ordinis Eremitanorum 1332.
XLII. Angelus Delphinus Ven. 1336.
XLIII. Nicolaus Maurocenus Venetus 1340.
XLIV. Ioannes Barbus Venetus 1349.
XLV. Paulus Fuſcarus Venet. 1359.
XLVI. Ioannes Amadeus Venetus Cardinalis 1379.
XLVII. Angelus Corrarius poſtea Romanor. Pontifex Gregorius XII. Venetus 1379.
XLVIII. Ioannes Lauredanus Ven. 1385.
XLIX. Franciſcus Falerius Ven. 1390.
L. Leonardus Delphinus Venet. 1312.
LI. Franciſcus Bembus Ven. 1398.
LII. Marcus Landus Venetus 1416.
LIII. Franciſc. Malipetra. Ven. 1425.
LIV. Laurentius Iuſtinianus Venetus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

tus ex ordine Cæleſtinorum 1432. quem dein anno 1450. Pontifex Max. Eugenius IV. Patriarcham Venetiarum & Primatem Dalmatiæ dixit, tranſlata huc Gradenſi Eccleſia Patriarchali, ac illa dignitate tributa Venetis. Primus igitur is Patriarcha factus eſt anno poſt Chriſti nativitatem 1450. Secuti deinceps hi:

II. Maphæus Contarenus Venetus ex ordine Cœleſtinorum 1451.

III. Andreas Bondelmerius Venetus ordinis Canonicorum regularium 1460.

IV. Gregorius Corrarius Ven. 1465.

V. Ioannes Barotius Venetus 1465.

VI. Maphæus Gerardus Venet. ſodalitatis Camaldulorum, poſtea Cardinalis 1466.

VII. Thomas Donatus Venet. ex ordine Prædicatorum 1492.

VIII. Antonius Syrianus Ven. Monachus Carthuſianus 1504.

IX. Ludovicus Contarenus Ven. inſtituti Cœleſtinorum 1508.

X. Antonius Contarenus Ven. ſodalitatis Scopetinorum 1508.

XI. Hieronymus Quirinus Ven. ex ordine Prædicatorum 1524.

*FINIS.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

## Summa Privilegii.

*ILluſtrium & Præpotentium D. D. Ordinum fœderatarum Belgiæ provinciarum decreto cautum eſt* Bonaventuræ & Abrahamo Elzeviriis, *Academiæ Leydenſis typographis, Ne quis præter illorum aut hæredum voluntatem toto decennio proximo, his in regionibus excudat, aut alibi extra provincias excuſum inferat vendatve, librum hunc, cui titulus*, Caſparis Contareni patricii Veneti de Republica Venetorum libri quinque. *Quod ſi quis contempta auctoritate, directe vel indirecte, præſumpſerit, librum hunc, totum, vel partem ejus, hoc ſive alio modo, extra dictum temporis intervallum typis mandare, vel impreſſum alibi in has oras inferre & vendere; confiſcatione exemplarium, mulctaque inſuper ſexcentorum florenorum, damnas eſto; uti latius patet in ipſo privilegio, dato Hagæ in conventu D. D. Ordinum Generalium,* XV *Maii,* M DC XXVI.

G. V. HERTEVELT Vt.

Ad mandatum Præpotentum D. D. Ordinum General. ſſ.

I. van GOCH.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 C 53